20/154

CHRISTIANI PVERI INSTITVTIO, ADOLESCENTIAEQVE PERFVgium: Authore Ioanne Bonifacio Societatis Iesu Sacerdote.

Ad Gymnasia eiusdem Societatis.



SALMANTICAE
Excudebat Mathias Gastius.
M. D. LXXVI.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

(c) 2007 Ministerio de Cultura

M. D. LXXXVI.

BIBLIOTECA NACIONAL

Academiæ emblema Societatis.

SACERDOTE.

ministerio Societatis Jesu

Quum: Adulescentulorum bono-

ADOLESCENTIVE SAE PERFEC-

INSTITVTVM

CHRISTIA-

R/11/54

POR quanto, por parte de vos el Padre Iuan Bonifacio, de la compañia de Iesus, nos fue fecha relacion, que vos auiades hecho vn libro intitulado *Christiani pueri adolescentiæque perfugium*, el qual era muy vtil y prouechoso, supplicandonos atento el trabajo que auiades puesto en hazerle, os mãdassemos dar licencia para le poder hazer imprimir, y preuilegio por diez años, o como la nuestra merced fuesse, lo qual visto por los del nuestro cõsejo. Por quanto en el dicho libro se hizo la diligẽcia, que la pregmatica por nos agora nuevamente sobre ello fecha, dispone, fue acordado que deuiamos mandar dar esta nuestra cedula, en la dicha razon, e yo tuvelo por bien, por la qual vos damos licẽcia e facultad, para que vos, o la persona que para ello vuestro poder ouiere, y no otra persona alguna podays hazer impri-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

mir e vender el dicho libro, que de suso se haze mencion, en estos nuestros reynos, por tiẽpo y espacio de diez años cũplidos, primeros siguientes, q̃ corren, y se cuentã desde el dia de la fecha desta nuestra cedula, so pena que qualquier persona, que sin tener para ello vuestro poder lo imprimiere o vendiere, o hiziere imprimir, o vẽder, pierdan toda la impresion que hizieren y vendieren, con los moldes y aparejos della, y mas incurran en pena de cinquenta mil marauedis por cada vez, que lo contrario hizieren, la mitad de la qual dicha pena sea para la nuestra camara e fisco, y la otra mitad para vos el dicho Padre Iuan Bonifacio, y todas las vezes q̃ se ouiere de imprimir el dicho libro, durãte el dicho tiẽpo de los dichos diez años, se traya al nuestro cõsejo juntamente cõ el original, que en el fue visto, que va rubricada cada plana, y firmado al fin del de Alõso de Vallejo nuestro scriuano de camara, y vno de los que en el nuestro consejo residen.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

ſeden. Paraque ſe vea ſi la dicha impreſsiõ eſta conforme al original, y ſe os de licencia para lo poder vender, y ſe taſſe el precio en que ſe ouiere de vender cada volumen, ſo pena de caer e incurrir en las penas contenidas, en la dicha pregmatica, y leyes de nueſtros reynos. Y mandamos a los del nueſtro cõſejo, y otras qualeſquier juſticias deſtos reynos, que guarden y cũplan, y executen, y hagan guardar y cumplir, y executar eſta nueſtra cedula, y todo lo en ella contenido. Fecha en Parrazes a xj. dias del mes de Iunio, de mil y quinientos y ſetenta e cinco años.

YO EL REY.

Por mandado de ſu Mageſtad.

Antonio de Eraſſo.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

POR commiſsion del cõſejo real de ſu Mageſtad, vi, y examine eſte libro que ſe intitula, Chriſtiani pueri inſtitutio, y no ſolo no tiene error ni defecto que impida la impreſsion, mas es de grande erudicion y prouecho, y ayudara muy mucho, no ſolo a los principiantes, ſino tambien a los doctos, ſera de grand vtilidad para los que deſſean el camino de la ſaluacion, porque le hallaran admirablemente pintado con vnos muy graciosos raſgos, que eſcogio el autor muy doctamente de los principios, y ſer de la naturaleza. En el Collegio de Sancto Thomas de Madrid. 21. de Mayo de 1575. años.

Fray Diego de Sancto Thomas.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Yo Alonso de Vallejo Secretario del consejo de su Majestad, doy fee que auiendo presentado el padre Iuan Bonifacio de la compañia de Iesus ante los señores del consejo vn libro intitulado, Christiani pueri adolescentiæ que perfugium, hecho porel susodicho, que con licencia y preuilegio de su Majestad se imprimio, se tasso el precio en que se ha de vender el dicho libro en dos reales y medio en papel y mandaron que esta tassa se põga al principio de cada libro y no se venda sin ella, paraque se sepa el precioen que se ha de vẽder, y paraquedello cõste de mandamiento de los dichos señores del consejo y pedimiento del dicho padre Iuan Bonifacio dy esta fee. Fecha en Madrid a siete de Febrero de mil y quinientos y setenta y seys años.

Alonso de Vallejo.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

(c) 2007 Ministerio de Cultura

IOANNES BONI-
facius pio Lectori.

CHristianæ pietatis partim ſe neſcentis, partim labẽtis, & præcipitantis ſulciendæ, renouandæq́; rationem commodiſsimã eſſe reperio, quã puerorum honeſta, & diligens ex ſeſe gignit educatio: eamq; viri grauiſsimi tum veteres, & antiqui, tum noui & recẽtes tãti æſtimauerũt, vt dignam eſſe ſtatuerint, in qua toto vitę tempore laborarent. neq; enim cum viros doctiſsimos, religioniſq; amantiſsimos conuenio, aliam Eccleſiæ ſubueniendi viam perinde ipſis probari vi deo, atq; eam, qua ſocijs, & eiuſdem natu ræ cõſortibus in tenera ętate opitulamur, & ſuccurrimus, cuius tãta vis eſt: vt ea vna Chriſti gregem ſaluum, & incolumẽ magna ex parte credatur eſſe ſeruatura. Nã flexibilis adoleſcentiæ ætas ſi benè regatur, bonorumq́; & ſapientium magiſtrorũ

(c) 2007 Ministerio de Cultura

consilijs,& industria iuuetur,illa ferè inta
cta conseruat,quæ didicit,vtq; fertile so-
lum reddit cum vsura,&fœnore quod ac-
cepit.Hanc autem veram esse sententiam
Germani in Europa,Indi in Asia declarãt,
quorum alteri nó omnino defleti viuunt,
nec religioné adhuc funditus euerterũt,
propter quorundam vigilantiam,qui affli
ctæ illius prouinciæ iuuentutem optimis
moribus imbuendam curant,pietatisq; re
tinendæ præclarissima ratio fuit,quam no
stræ societatis homines in terris Aquiloni
subiectis inierunt,non solum pueros do-
cendo quæ recta essent,& veræ pietati có-
sona,sed etiam scriptis ea ipsa mandando:
alteros Euangelij noua luce collustratos,
nuperq; ad veram Christi Iesu legem,atq;
fidem vocatos pueri ipsi ad permanédum
incitant,quorum accensum studium,& in
accepta religione constantiam natu gran
des admirantur. In ijs vero vrbibus, quas
Christiani incolunt antiqui, quàm fuerit
institutio iuuentutis fructuosa, quotidie
cer-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

cernimus: cum tam longè iam multi pro-
cesserint, vt priscum Græcorũ, Romano-
rumq; sæculum quòd ad eloquentiam atti-
net, humaniores q; literas, quòd vero ad re-
ligionem spectat, aurea illa Ecclesiæ flo-
rentis ætas reuocata esse videatur. Quę cũ
non tam animaduerterem Christiane Le-
ctor, quàm oculis ipse cernerẽ, annorũq;
duo de viginti spacio, quos totos erudien-
dis iuuenibus impendi, horum quæ affir-
mo testis essem: laudare illos cœpi, admira-
ri, suspicere, qui ætati puerorum, quę de-
sertissima, abiectissimaq; est, viui, mortui-
que prodesse desiderant: quorum alterum
prælegendi, & docendi labore, alterum li-
bris scriptis effici solet, semperq; aliquid,
quod educationem ipsam iuuare possit,
commentantur. Mihi vero hęc cupienti,
sed meum exiguum, imbecilleq; ingeniũ
agnoscenti, propeq; lugenti Pater Ioan-
nes Suarius, quem honoris causa nomino,
qui tum in Castella nostra præpositũ Pro
uincialem agebat, hæc eadem scribendi, li-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

teriſq; mandandi onus impoſuit, cuius im perio cum repugnare non liceret, rem ag gredi cœpi, erudiendęq; pueritiæ ſi non vt induſtriã, (quis enim ego ſum, aut quæ eſt in me facultas) at vt animi mei lętitiam perennemq; in docendis iuuenibus volũ tatem explicarem, aſſequuturum me eſſe confidebam. cùm autem triennio poſt gu bernandam prouinciam AEgidius Góça les omnium horarum, librorumq; homo ſuſcepiſſet, & eorum quæ ſcribebam, nõ nulla legiſſet, currentem me incitauit, & ad perficiendum eſt adhortatus. verũ cùm ſcriptus iam liber eſſet, deq; eo Romã mit tendo cogitarem (nam edi libros, profer riq; in lucem noſtræ religionis leges ve tant; niſi eo permittente cui vniuerſæ ſo cietatis adminiſtratio credita eſt.) cõmo da, opportunaq; ſatis mihi fuit eorundem patrum Romã profectio, qui eius inchoã di, perficiendiq; authores extitiſſent. Cũ enim defuncto Patre noſtro Frãciſco Bor gia ad nouũ generalem elegendũ AEgi dius,

(c) 2007 Ministerio de Cultura

dius,vt qui Prouincialis esset, ex societatis instituto proficisci Romã deberet, comitesq; ei cùm itineris,tùm suffragiorum Patrem Ioannem Suarium, & Martinum Guterriũ prouincia dedisset,nostri libelli sarcina,quæ illorum est humanitas non nolle impediri dixerunt,examinandumq; non inuiti portauerunt. tanti huius officij,ac meriti gratiam aliquã liber ipse non multò post in itinere retulit , qui Patris AEgidij Gonçales in Gallia ab hæreticis itinera obsidentibus non modò capti, sed etiam grauiter sauciati,dies plus quinquaginta socius in carcere fuit,acceptiq; vulneris consolator.quanquam enim in multa quæ nostri patres deferebant , fidei hostes furenter inuaserant,tamen libro diuinæ largitatis dono pepẽrcerũt. Sed huius historiæ commemoratio grauior est, & in aliud tempus differenda, obijt enim ipso in carcere Martinus Guterrius lateris dolore consumptus,cuius nullum neq; admirãdi hæreticorum Castellum illud in quo

(c) 2007 Ministerio de Cultura

obijt, cui vulgo Cardillatum nomen eſt, neq; lugendi finem ſocietas facit ob inſignem hominis probitatem. Confecimus igitur (vt eò vnde egreſſa eſt noſtra reuertatur oratio) breue quoddá opus, in quo Chriſtiani adoleſcentis tanquam faciem, & formam adumbramus. Vt autẽ libri ſcopus videri queat apertius, euoluam animi mei complicatam notionẽ, & veluti ideã: ne lector non benè cognito noſtro conſilio vtilitatem, ſi vlla fortè eſt, vilipẽdat argumenti. Ego doctiſsimorum hominũ & maximè Quintiliani veſtigijs ingreſſus, qui oratorem perfectum, & conſummatũ inſtituere volens ab ipſis incunabulis rem ſuit exorſus, Chriſtiano homini docto præſertim deeſſe in nulla temporis, & ætatis parte deſidero. Quo circa rudis pueruli formationem quinque his libris cõprehendi, quibus illa continentur, quæ nudã prorſus, omnibuſq; non ornamentis modo, ſed etiam ſubſidijs ad vitam neceſſarijs deſtitutam ætatẽ alere & corroborare poſſunt.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

ſunt. Nam religionis, verecundiæ, caſtitatiſq; prima debet eſſe cognitio, propterea quod hæ tres pueritiæ quaſi nutrices ſint, quibus tener homunculus ad Dei timorẽ, & cultum, ad hominum obſeruantiam, ad animi candorem eruditur: harumq; virtutum tanta vis eſt vt ſolæ vitæ innocentiã & pariant ex ſeſe & faciant eſſe diuturnã. Sed quò ad pueritiam iuuandam, polienda mq; inſtitutores, & magiſtri reddantur alacriores, generatim de ipſa educatione, deq; indole, teneraque ætate primis duobus libris diſputamus, quantũque non inſtitutio ſolùm ſed ipſa etiam per ſe pueritia poſsit, & valeat, fuſè docemus: quæ res hanc noſtrę voluntatis profeſsionẽ, opuſque ipſum fundat, & continet, qui & teneram ætatem inſtruere, & multos ad illius iuuãdę ſtudium cupimus inflãmare. Quæ duo niſi tractaſſemus, opus mancum, & imbecille videri poſſet, nã neque magiſtros, pędagogoſque educationis vtilitate non cognita, promptos ad benè merendum de

(c) 2007 Ministerio de Cultura

pueritia habere, nãciſcique poſſemus, neque pueri ad altiora ſe erigeret illa neſciẽtes quæ ſecundo libro diſſerũtur. Ne autem quæ dicimus, obſcuriora videri poſſent, exemplorum ſylua lectorem placuit allicere, quæ ad mouendum magnam habent vim, rudique puerorum ingenio accommodatiora eſſe putauimus, id quod Horatij carminibus luculẽter explicatur, quæ in huius præfationis fine, & calce ponentur, ne cõtextæ orationis filum interrumpant. ipſa prętereà exemplorum appoſitio gratior fore videbatur, ſi varia eſſet ac multiplex, bonorumque & grauiũ ſcriptorum teſtimonio comprobata. Exẽplorum autem hic erit ordo, vt primum locũ diuina teneant, ſic enim appellanda cẽſui, quę ſacris literis prodita inueniuntur: diuinis Chriſtiana ſuccedunt, hoc eſt illorum qui noſtram legem amauerunt: deinde ponuntur externa, nam ita vocari debẽt alienorum à noſtris ſacris exempla: his naturalia ſubiecimus, rationiſque expertium belluarum

luarum hiſtorias periucundas, quorũ omnium authorem, locũque teſtabimur, quò maiorem fidem narrationi lector adiũgat, noua denique exẽpla in ſede locamus extrema, quę quod preſens ſæculum nobilitent, plurimùmque permoueant, omittenda non fuerunt, etenim antiquitas cum venerabilior ſit, deſeritur tamen neſcio quo modo, in eaque imitãda ſumus tardiores: nomina eorum qui laudantur, pręter admodum paucos, quorum eximia claritas omnino s inuidia liberat, reticenda duximus, ne non tam communis vtilitas quam priuata laus quęſita videretur, quæ etiam cauſa fuit authores, teſteſque ipſos, à quibus ea acceperim, didicerimque licet grauiſsimos (illis exceptis, quę in libris excuſſis, minimeque improbandis legimus) occultandi, nudaque & inania paginę latera relinquendi, facti enim non perſonę commendationem quęrimus, inuidięque materiam omnem tollendam curamus, quæ ex naſcente gloria ſolet exiſtere. verùm li

(c) 2007 Ministerio de Cultura

cet ſine authore ſcripto & citato narrentur, ſecurè tamen legi poterunt, veraq; & certa iudicari. hæc autem exemplorum varietas in quinque genera diſtributa ſempiterna non eſt, tantum in pleniore grauiſsimæ alicuius quæſtionis tractatione reperitur: nónulla enim capita paucioribus exẽplis explicamus, ne teſtibus in re non dubia minimè neceſſarijs vteremur, néve opus excreſceret, longiuſq; fieret, quam oporteret. Hiſce præterea quinque argumentis totidem orationes ſubiecimus, vt pleniùs, ac perfectiùs adoleſcens poſſet erudiri. Etenim exemplorũ ſermo interruptus, anguſtiſq; regionibus circunſcriptus non omnino lectorem docere poterat, quæ neceſſaria in quoq; genere videbantur, quam ob rem exemplis velut machinis adoleſcentum animos tanquam vrbes hoſtium vinci, expugnariq; poſſe credidimus, captis vero iam & in poteſtatem redactis leges, & iura ſermone longiore præſcribi oportere cenſuimus. continẽte

ſiqui-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

ſiquidem oratione illa vberius explanantur, quæcunque ad cauſam, quæſtionẽque propoſitam pertinebunt. nec tamen idcirco exemplis ipſis præcepta prę̃ponere deſinimus ſumpta è grauiſsimis authoribus, vt his illa commodius illuſtrentur, lectoriſque & vtilitati, & docilitati melius conſulatur. Hi verò libri quos nunc edimus, rudem, impolitamque ætatem docent, & excolunt, meramque inſtitutionẽ habẽt, & primum guſtum, qui verò ex ijs radicibus flores primũ, fructuſque haùd ita pòſt naſcantur, aliâs dicemus, cũ de perfectione adoleſcentiæ auſpice Chriſto loquemur, nam de eloquentiæ, poëticæque ſtudio, de Hiſpano concionatore, deque optimo genere docendi authore, duceque Magiſtro Deo, & vita comite opus non inutile molimur: vt inchoato ædificio, propè tamen (quod in principijs omnia ferè inſint) abſoluto, quaſi faſtigium imponatur; ſtylum eo tempore fortaſſe mutabimus quo interdum humiliore hoc in libro

(c) 2007 Ministerio de Cultura

bro vtimur vt ab omnibus intelligamur, nec tam exemplis, quæ tamen non omni. no deerunt, quàm rationibus innixi ſapiẽ tiorem iam iuuenem paulò ſapientiùs, ſi poterimus alloquemur. Omnia noſtris verbis ferè exponimus, quod ſi aliena oratio viſa eſt accommodatior, vt cũ aliquid à Cicerone ſumimus, & Diuo Hieronymo, id quidem nos dicimus & ingenuè cõfitentur. omnia enim ferè quæ ab his duobus accepimus, ipſorum verbis explanamus, ſi quidem in altero ſumma elegantia eſt, in altero ſanctitas minimè indiſerta. hoc ipſum interdum in ijs facimus quę ab Ambroſio, & Chryſoſtomo mutuamur, quanquã Chryſoſtomi interpretibus non omnino fidimus, ob eamque rem nonnul la vt bene Latinè dicantur aliquanto diſsimilius exponimus, quã ab interprete verſa inueniuntur, mitto quę ſacrę ſunt ſcripturæ, in quibus nulla debet eſſe mutatio, ne orationis ſanctitas violetur, lumen enim, ſplendoremque, nedũ robur diſputationi

(c) 2007 Ministerio de Cultura

tationi afferunt ſacra teſtimonia integra præſertim & intacta, nulliſque Rhetorum phaleris, velut maculis ſordidata. Precor immortalem Deum, in quem vnum hęc ſcribens intueor, vt verbis aridis meis & frigidis vim mouendi adiũgat, & tribuat, adoleſcenteſque ipſos alacres reddat & promptos ad ea cùm diſcenda, tum exequenda, quę ipſis in hoc opere commendamus.

Quantum valeant exempla proſintque ad puerorum inſtitutionem.

Ex Horatio libro primo Sermonum Satyra quarta.

. . . . Inſueuit pater optimus hoc me,
Vt fugerem, exemplis vitiorum quæq; notãdo.
Cum me hortaretur parcè, frugaliter, atq;
Viuerem vti contentus eo, quod mi ipſe paraſſet:
Nónne vides Albi vt malè viuat filius? vtq;
Barrus inops? magnum documẽtum ne patriãrẽ
Perdere quis velit, à turpi meretricis amore

Cum

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Cum deterreret, Sectani dissimilis sis.
Ne sequerer mœchas, concessa cum Venere uti
Possem, deprensi non bella est fama Treboni
Aiebat, sapiens uitatu, quidq; petitu
Sit melius, causas reddet tibi, mi satis est, si
Traditum ab antiquis morem seruare, tuamq;
Dum custodis eges, uitam, famamq; tueri
Incolumem possim, simul ac durauerit ætas
Membra, animũq; tuũ, nabis sine cortice sic me
Formabat puerum dictis, & siue iubebat,
Vt facerem quid, habes authorem quo facias hoc
Vnum ex iudicibus selectis obijciebat:
Siue uetabat, an hoc inhonestũ, & inutile factu
Nec ne sit addubites? flagret rumore malo cum
Hic, atq; ille auidos uicinum funus ut ægros
Exanimat, mortisque metu sibi parcere cogit,
Sic teneros animos aliena opprobria sæpe
Absterrent uicijs. ex hoc ego sanus ab illis
Perniciẽ quæcunq; ferũt, mediocribus, & quis
Ignoscas, uicijs teneor.

DE

(c) 2007 Ministerio de Cultura

DE HONESTA EDVcatione. Liber primus.

Quanta sit vis educationis in vtramq; partem.

QVanquam educationis honestæ commoda, vitioſæq; perniciem, ac peſtem non tam argumentis, quæ ſubtiliter diſputãtur, quam exemplis, quæ vtiliter & fructuoſè referuntur, demonſtrare aggredimur: tamen iucundiorem ipſam exemplorum appoſitionem forè putauimus, ſi in capita diſtribueretur hoc opus; quæq; in ſingulis tractationibus ratione prius, & grauiũ authorum teſtimonio confirmaſſemus; ea exemplis adhibitis cõgruenterq; pro noſtro captu diſpoſitis illuſtrarentur. Non enim inuentionis magna laus eſſe poterat, nec operis eximia aliqua iucunditas, quæ ab exemplorũ rudi coaceruatione peteretur. Neq; verò cõtinentes orationes, quas in cuiuſque libri fine ponendas duximus, huic malo commodè ſatis mederi poſſe videbantur, quamuis & præceptis

ceptis abundent, & sententiarum nonnullo pondere viq; aliqua dicendi mouere iuuenẽ, Lubricosq; adolescentiæ gressus confirmare conentur. Nam quod in finem iustis de causis reiectæ sint, serius quam par esset expositæ illæ admonitiones videri possent, si nullæ principio traderentur. Quare non voluptatis solum, qua alliciendus merito Lector est, sed etiam vtilitatis, quam præcipuè quærimus ratio obtinuit, vt quæ copiosè in orationibus rectæ institutionis præcepta tradũtur, breuiter in his quæstiunculis eadem illa attingerẽtur, exemplis ad cuiusq; capitis argumentum accommodatis. Sed vnde melius exordiemur quàm ab ea disputatione, quæ docet quanta educationis vis sit in vtramq; partem, quantaq; vel ex honesta institutione manet vtilitas, vel ex vitiosa pernicies in rempublicam vniuersam deriuetur? Commodissimum autem esse credimus, vt grauissimorum authorum de hac re sententias Lector agnoscat.

¶ Loci Illustres Poëtarum de vi educationis.

Quintus Horatius Flac. lib. 1. epist. ad Lolliũ.

Fingit equum tenera docilem ceruice magister
Ire viã, quam monstrat eques, venaticus ex quo
Tempore

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Tempore ceruinam pellem latrauit in aula,
Militat in ſyluis catulus: nunc adbibe puro
Pectore verba puer, nunc te melioribus offer,
Quo ſemel eſt imbuta recens ſeruabit odorem
Teſta diu.

Iuuenalis. Satyra decimaquarta.

Nil dictu fœdum, viſuque hæc limina tangat
Intra quæ puer eſt, procul hinc, procul inde puel
Lenonũ, & cantus pernoctantis paraſiti (læ,
Maxima debetur puero reuerentia, ſiquid
Turpe paras, nec tu pueri contempſeris annos,
Sed peccaturo obſiſtat tibi filius infans.

Et paulò pòſt.

Plurimũ enim intererit quibus artibus, & qui-
Moribus inſtituas. *(bus hunc tu*

Ouidius libro primo Artis.

Phillirides puerum cytharæ præfecit Achillẽ,
Atque animos molli contudit arte feros.
Qui toties ſocios, toties exterruit hoſtes
Creditur annoſum pertimuiſſe ſenem.
Quas Hector ſenſurus erat poſcente magiſtro
Verberibus iuſſas præbuit ille manus.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Tullius in tertia Tuscul.

SVnt ingenijs nostris semina innata virtutum, quæ si adolescere liceret, ipsa nos ad beatam vitam natura perduceret. Nunc autẽ simul atq; editi in lucem, susceptiq; sumus, in omni continuo prauitate, & in summa opinionum peruersitate versamur: vt pene cum lacte nutricis errorẽ suxisse videamur. Cùm verò parentibus redditi, id est, magistris tradi ti sumus, tum ita varijs imbuimur erroribus; vt vanitati veritas, & opinioni confirmatę natura ipsa cedat. Accedũt etiam Poëtæ, qui cũ magnam speciem doctrinæ, sapientiæq; præ se tulerunt: audiuntur, leguntur, ediscuntur, & inhęrescunt penitus in mentibus. Cùm verò accedit eôdem quasi maximus quidã magister populus, atque omnis vndiq; ad vitia consentiens multitudo: tum planè inficimur opinionum prauitate, à naturaque ipsa desci scimus.

Idem in oratione. Pro Planc.

NEmo est nostrum liberaliter educatus. Cui non educatores, cui non magistri sui, atq; doctores, cui nõ locus ille mutus, vbi ipse altus, aut doctus est cum grata recordatione in mente versetur.

D.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

D. Hieronymus epistola ad Lætam de institutione filiæ.

NOn sunt contemnenda quasi parua, sine quibus magna constare nō possunt. Ipse elementorum sonus,& prima institutio præceptorum aliter de erudito, aliter de rustico ore profertur. Vnde & tibi est prouidēdum,ne ineptis blanditijs fœminarum dimidiata dicere verba consuescat:& in auro,atq; purpura ludere:quorum alterum linguæ, alterum moribus officit: ne discat in tenero quod ei postea dediscendum est.

Paulò pòst.

DIfficulter eraditur quod rudes animi perbiberunt:lanarum conchilia quis in pristinum candorem reuocet? recēs testa diu & saporem retinet,& odorem,quo primum imbuta est.

Exemplis hæc eadem comprobantur.

De Heli.

SAcra refert historia, cum Heli sacerdote summo, & populi Israëlitici moderatore grauiter expostulasse Deum,quòd filios negligenter educauisset, eoq; res delapsa est,vt filij in vltionem paternæ socordiæ Domini *Reg. 1. cap. 3 & 4.*

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Dei arcam, quam hostibus, aduersus quos dimicabant, terrori esse voluerunt, cum dedecore perderent, ipsi in bello perirent, confectus senio parens funestæ cladis nuntio perculsus, illisa ad terrã ceruice, moreretur. Quæ omnia Samuel honestissimè educatus, reuelãte Deo futura prædixit. Vt vno eodemque exemplo, quid inter vtramq; institutionem interfit, agnoscamus. Alter enim vel in pueritia, vates fit, alter cum malè moratis liberis miserabili fine perijt.

De Roboano.

Reg. 3. ca. 12 QVàm infeliciter cum Roboano Solomonis filio sit actum, quem in delicijs, acvoluptatibus vna cum lasciuorum adolescentũ caterua educatum fuisse, scimus, florentissimi regni declarat imminutio: qua factum est, vt, qui duodecim tribubus imperare potuisset, modò senum vtilissimum consilium non spreuisset, quo salutariter monebatur, vt cũ populo, ac seditiones mouente turba mitius ageret, vix vnam Iudæ prolem fidelem, stabilemq; sentiret. Ex quo temeritati iuuenum, quibus cum nutritus fuerat in delicijs locum dedit. Qui nequaquam de seueritate, ac paterna

(c) 2007 Ministerio de Cultura

terno rigore Roboano remittendum esse, censuerunt. Quippe difficile est, illorũ, quos pueritiæ socios habueris, verbis, ac factis non delectari.

De Ioa.

QVanti referat, honestos habuisse pædagogos, Iudaici populi princeps Ioas apertè indicat. Quem viuente Ioiada sacerdote, morũ integerrimo formatore, pietate insignem extitisse memoriæ est proditum. Verùm illo mortuo, tantũ à virtute pristina degenerauit, vt post nefandum idolorum cultum se etiã Zachariæ sui institutoris filij parricidio inquinauerit. Vnde profectò liquet, magnam esse nutriciorum vim, qui feras tales domare queant, quibus sublato eo, & extincto, quem metuebant, quantùm latentis ęuitiæ inesset, libertas planum facit. *Para.2.c.24*

De Tobia.

SAnctorum hominum filius Tobias, quoniam à patribus honestam vitę rationẽ didicerat, in tenera positus ętate nil puerile gessit in opere. Cũctis enim vitulos aureos adorantibus, quos in excelsis montium capitibus Ieroboanus ille pessimus constituerat, solus *Tob.1.& 2.*

(c) 2007 Ministerio de Cultura

ipſe viuentem Deum in templo Solymorum colebat, auitamq; pietatem, & Moſis legem conſtantiſsime ſeruabat. Cœcitatem hic idẽ & indigẽtiam magno animo tulit: nam cùm ab infantia ſua ſemper Deum timuerit, & mã data eius cuſtodierit, non eſt contriſtatus cõ tra Deum, quòd plaga cœcitatis euenerit ei.

CHRISTIANA.

De Sancto Benedicto.

S. Greg. li. 2. dialog. ca. 3. & 7.

POſt indubitata, quę ſanctus ſpiritus exempla docet, dignum cenſuimus præclariſsimum Benedictũ qui numerari deberet. Cui infeliciter ceſsit monachorum, quos nõ edu cauerat, quiq́; iam in vitijs conſenuerant, inuito animo ſuſcepta correctio. Illi enim de porrigendo veneno ſanctiſsimo, innocentiſsimoq́; patri, quod ab illo arguerentur, cogitarunt, negotiumq́; tranſegiſſent, niſi Benedictus, diuino quodam præſagio re cognita aliò conceſsiſſet, vbi ætatis teneræ qui eſſent, informandos aſciuit. Quantùm verò profecerit, Maurus Benedicti alumnus teſtimonio eſſe poteſt: aquam enim optimus adoleſcens peſſundedit, idq́; ſiccis pedibus, maximarũque virtutum gloria fuit celebris. Adeò à teneris aſſueſcere multum eſt.

De

(c) 2007 Ministério de Cultura

De diuo Marcello.

HIſpaniæ noſtræ decus, & ornamentum Marcellus adſit, qui patria Legionenſis fuit, & ſe pro religione Chriſti morti deuouit. Cuius exemplo duodecim filij, quos genuerat, & bonis moribus ornarat in eiuſdem cauſę aſſertione mortẽ conſtanti animo pertulerunt. Mirum ſane fuiſſet, in tam multis neminem, qui degeneraret, eſſe repertum, ni ſi cognitum haberemus, honeſtã educationem ipſa gignendi vi eſſe potentiorem. Altera enim corpus tribuit ſæpe cum morum diſſimilitudine, alteram mentem, quę à parentum probitate nil diſcrepet donare ſolet.

Hiſpaniæ Breuiaria Legionenſiſq; eccleſiæ vera traditio.

De Euſebio.

EVſebius Vercellẽſis Epiſcopus cùm ſuarum laudum præconẽ habuerit Ambroſium, laudatores alios magnopere non requirit. Huius omnes filij Euangelico pabulo nutriti aut martyres, aut ſacerdotes fuerũt. Iam vero quo pietatis commento Dionyſiũ, quẽ filium ipſe appellabat, ne Arrianus eſſet, libe rauerit, ſilentio non eſt prætereundum. Nouerat Euſebius hoſtium fidei nefarijs cohortationibus tractum fuiſſe Dionyſium, vt er-

In homilia ſermone 68.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

rori subscriberet, nomenq; apponeret, qui se protinus ad Arrianos contulit, multumq; initio gratulatus quod Dionysium filium charissimum Chyrographo deuinctũ tenerent, tandem cum hominibus expostulauit, questusq; est grauiter, filium subscribendi ordine patri esse prælatum, quam rem eò magis vitare debuissent, quod filium illi in diuinis personis Patre multo inferiorem esse arbitrãtur. Itaq;, se in eorum sententiam facile descẽsurum simulauit, modo deleto Dionysij nomine sedes sibi prima ad subscribẽdum relinqueretur. Id hæretici sine mora faciunt, tunc Eusebius recuperato obside hiãtes eludit coruos, ereptaq; è manibus præda, tum Dionysij tum maximè aliorum, qui illius exemplo labi potuissent, incolumitati prouidit. Verũ Dionysio tanta deinceps constantia fuit, vt ne morte, quam acerbissimam pro catholica fide pertulit, ab incepto potuerit reuocari. Ita, qui Arrianus futurus erat optimi præceptoris opera Christianorum fuit integerrimus.

De Sancta Felicitate.

Petrus Chrysologus in homil. ser. 134.

SAnctissima Felicitas Romæ passa fuit vna cum septem liberis. Vbi alium vidit plumbeis

(c) 2007 Ministerio de Cultura

beis pilis cædi, alium fuſtibus conteri, alium ex rupe celſa deturbari, reliquos morte affici duriſsima. Cùm interim ex eorum ſupplicio non minùs animo angeretur ipſa, quàm corpore filij condolerent. Nec tamẽ hortari deſtitit, vt in aſſertione veræ fidei permanerẽt, donec & ipſa ad tortorem rapta eſt: cui viciſſim liberi ſeptem iam cælo potiti gratiam retulerũt, & tacitis illam vocibus confirmarũt. Iaceat Epicureorum ſententia, qui negãt beatitudinem aſcendere in equuleum, quam, dicunt, extra limen carceris manere: quorum errorem noſtra conuincit Felicitas vel in crucia tu fœlix, ſed longe fęlicior ſimul atq; coronis octo (totidem enim ſacrificia obtulerat) in cę leſti patria fuit redimita. Idem ferè de ſancta poteſt Simphoroſa dici.

De Theodoſio Imperatore.

CHriſtianæ pietatis mirabilem fautorem Theodoſium minimè fugit, quantũ põderis, & momenti in educatione ſitum eſſet: quo circa duos filios Archadium, & Honorium Arſenio viro ætatis illius integerrimo, literiſque inſtructiſsimo erudiendos tradidit: ſolitumq; ferũt, bonum principem lectioni- *Simeõ Meta. in vita Sãcti Arſenij.*

(c) 2007 Ministerio de Cultura

bus intereſſe, nonnunquam, & Arſeniũ grauiter increpare, ſi quid ab eo vel mitius, vel timidius cum generoſiſsimis illis ſuis diſcipulis ageretur. Quos & aſtare, volebat religioſus imperator, & aperto capite rationem auditi reddere. Quæ autem inſtitutionis vires ſint, apertè cognoſci poteſt exemplo eiuſdem Arſenij: nam cum is è duobus Theodoſij filijs alterum verberaſſet, tantam illius contra ſe irã commouit, vt fuga ſaluti conſulere oportuerit. Mortuo tamẽ Theodoſio qui plagas pertulerat, Archadius tantum abfuit, vt vindictã moliretur, vt etiam honorifica ad Arſenium legatione miſſa bono illum animo eſſe iuſſerit, præceptorem ſuum pleno ore nuncuparit, & ſe, cuncta eius conſilio eſſe facturum, promiſerit. Virtus enim vbique imperat præſertim *illius*, qui quos inſtituit omni vitio carere vult.

De Meropio Philoſopho.

Ruffinus lib. 10. Eccleſiaſ. hiſto. cap. 9.

QVanquam omnis honeſta educatio fructuoſa plurimum eſſe ſolet, tamen illa, quæ cum virtute literas coniungit, omniũ præſtantiſsima vtiliſsimaq; cenſetur. Quod eſſe verum, Meropij nos docebit exemplũ, qui

(c) 2007 Ministerio de Cultura

qui ex Tyro philoſophus noũarum rerũ cognitione ductus in remotam vſque Indiam penetrauit ſecum habẽs duos puerulos, quos ſibi propinquos, cum artibus ingenuis, tum moribus honeſtis imbuebat. Perluſtratis ergo illis regionibus, quarũ amore tenebatur, lætus remigrabat ad ſuos. Accidit autem vt in portum nauis, qua Meropius vehebatur, appelleret, in quo barbari erant homines, à quibus facto impetu philoſophus & comites occiduntur. Adoleſcentuli verò ſub arbore reperti ſunt lectiones ſuas meditantes, quarũ diebus ſingulis rationem reddebant præceptori. Barbaros & tenera ætas, & illa pueris inſolita rei honeſtiſsimæ vigilantia ad miſeri cordiam alliçit, quare illis parcere in animum inducunt, conſeruatoſq; ad regem adduxerunt. Quorum aduentu Indiæ princeps tantopere oblectatus fuit, vt alterum, qui Aedeſius dicebatur pocillatorem faceret, alterum nomine Frumentium ſecretorum participẽ eſſe voluerit. Mortuo vero rege infans filius tanti illius principatus hæres, ſucceſſorq́; relinquitur viduæ matris tutelæ commẽdatus. Fitq́; libera poteſtas (nam id ita rex moriens ſtatuerat) Aedeſio, atque Frumẽtio in patriã reuer-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

reuertendi. At verò regina, cum illorum probitatem optimè cognitam haberet, iuuenes illos duos vt ſecum remaneant, & partem ad miniſtrationis ſuſcipiant, obnixe precatur. Illi tametſi patriæ deſiderio tenebantur, reginæ tamen non obtemperare, præſertim iuſta petenti in eaſq; anguſtias adductæ, ingratum eſſe, & crudele cenſuerunt, permiſſa itaque, vel delata potiùs gubernatione minimè abuntur, nam quos poſſunt ad Chriſti legem, obedientiamq; traducunt, (erant enim optimi hi iuuenes ex noſtris) daturq; opera, vt in ea regione, quæ cum vlterioris eſſet Indiæ, ab Apoſtolis culta nõ fuerat, Euangelicum ſemen enaſcatur. Rex interim adoleſcit & ad Imperij moderationẽ idoneus efficitur, qua illi occaſione velut arrepta, principe fruſtrà renitẽte, reginaq́; ex diſceſſu mœſtiſsima, ad ſuos redeunt quos à pueritia non viderant. Aedeſius quidem Tyrum approperat, Frumentius Alexandriam, vbi Athanaſio nouo eiuſdem verbis Epiſcopo, rem, quò geſta ordine fuerat, exponit, deq́; mittendo præſule cum eo agit, qui nouum illum Chriſti gregẽ paſceret. Verùm Athanaſius Frumẽtio commodiorem nullum eſſe credẽs, nec id immerito,

(c) 2007 Ministerio de Cultura

rito, antiſtitem illum creat, atq; eò, vnde venerat, redire compellit. Quo in munere Frumentius ſanctiſsime vſque ad vitę finem permanſit. Ita tantum regnum, tam deuium, tã ſemotum, tam longè, lateq; diſperſum, duorum, quos Meropius educauerat, labore, & induſtria Chriſtianæ legis iugo ſuauiſsimo ſe ſubiecit.

De Nereo, & Archilleio.

ACcedant coniunctiſsimi fratres Nereus, & Archilleius qui cum deteſtãdi iudicis imperio equuleũ aſcendiſſent, flammis iniectis ad idolorum cultum cogebantur, quibus vna fuit reſiſtendi ratio, quòd Petri alumnos baptiſmiq; aqua ab eodem tinctos mutare fidem non deceret: quæ defenſio fortiſsimis Chriſti militibus ad finem vſque permanſit. Neque enim commodiorem aliam inuenire poterant, qua & tyranno reſponderent, & ſe contra tortorum ſæuitiam communirent: tã tum prodeſt ab optimo inſtitui, & ſacræ vndæ ſacramento renouari. *Adon. Architenc. in ſuo Martyro*

De quodam puero.

VVlgaris quædam fabella, nec infructuoſa quidem ſolet dictitari, quæ tamẽ multum *Lib. de diſcipli. ſcholari cap. 2.*

(c) 2007 Ministerio de Cultura

tum habet cognationis cum illo Boëthij exẽ plo de puero, qui primum leuia quædam delicta committebat, patre ad omnia conniuente, deinde cum audacia in dies ex impunitate crescceret, adulter, latro, sicariusq; effectus est, quæ illum flagitia in carcerem, & vincula detruserunt. Damnatusq; capite cùm esset, ad mortis supplicium ducebatur, cumq; suspendio interiturus esset, antequam funis collum astringeret, patrem ad se vocari, petiuit, tanquam pietatis officio in extremo vitę pauca quædam cum ipso esset locuturus. Parenti iam admoto propius nares furibundo præscidit morsu simul incusans grauem eius desidiam, à quo in infantia correptus non fuisset, cùm primùm aliena suffurari inciperet. Memorabili nimirum exemplo edito, educationem esse, quæ vnius cuiusq; vitam instituat ac dirigat. Siue enim boni, siue mali fuerimus, vni illi acceptum referre debemus.

De Sancto Basilio.

S. Basil. in epist. ad Næocæsarien.

DOctissimus ille, sanctissimusq;, Basilius, quod Macrinæ suæ nutricis quæ Gregorij Næocæsariensis discipula fuerat, eiusq; sępe conciones diceret, præceptis imbutus fuerit,

(c) 2007 Ministério de Cultura

rit, talis ac tantus euaſit. Tenerum enim Baſilij animum Chriſtiana hæc nutrix & ſancta habilem reddidit, tum ad literas diſcendas, tũ ad pietatẽ incenſo, inflammatoq́; ſtudio colendam. Id quod Baſilius ipſe non tacuit, ſed gratum, memoremq́; animum erga præclarã ſuam nutricem præſe tulit.

EXTERNA.

De Lycurgo.

CVm monſtrare Lycurgus cuperet, quanta eſſet educationis vis, canes duos, ſpectante id populo, in medium attulit, quorum alter generoſus quidem erat, ſed ad ſaginam propenſus, in eaq; ſemper enutritus, alter verò ignauiſsimis ortus parentibus, & venationi aſſuefactus: tũ Lycurgus & beſtiam obiecit, & inteſtina, quæ popinæ canis deditus vorauit, venatico illo leporem viſum inſequente. Quam enim quiſque artem in teneris annis didicit, in ea ſe adultus exercet. *Plutar. lib. de lib. educã dis.*

De Dionyſio Tyranno.

CVm probè animaduerteret Siciliæ vſurpator, inuaſorq́; Dionyſius, quanta eſſet educationis vis, quanta in vtramque partem, vt nec malè moratus pro ſano quicquam facere vnquam poſsit, & qui bonis ſit artibus inſtru- *Deſi. Eraſm. in lib. de liberis inſtituendis.*

(c) 2007 Ministerio de Cultura

instructus, sui memor similisq; perseueret: cō silium cepit, vt putabat, idoneum, quo se de Dione fugitiuo vindicaret. Filium is domi reliquerat, quem Dionysius in aulā perduxit, delicatisq; cibis emolliuit, nouerat quidem Dionysius, futurum esse id honestissimo patri durius, quam si illi per cruciatus, & tormēta vitam ademisset. Postremò cū pater postliminio reuersus perditum, corruptumq; filium ad antiquam solitamq; probitatem reuocare vellet, tam acerbè correptionem tulit adolescens, vt se ex alto deiecerit, præcipitansque perierit. Vetus namque consuetudo ægrè diuellitur, nodosamq; arborem celerius frangas, quàm deflectas.

De filia Herodiadis.

Nicephor. ecclesiast. histo. lib. 1. ca. 20.

IVcundam, spero, narrationem futuram de obitu pessimæ illius saltatricis, quæ sanctissimi veracissimique Ioannis caput saltationis sceleratissimæ præmium expopposcit. Cùm enim hyemali tēpore in destinatum quendā locum, veniret in ipso itinere fluuius occurrit, quem glacie astrictum pedibus fœmina pertransibat: media nondum fluminis pars decursa fuerat, cùm diuino nutu glacies repente

(c) 2007 Ministerio de Cultura

pẽte diſciſſa eſt, tum puella capite tenus demerſa, pedes huc, illuc, quaſi ſaltaret, motitabat. Sed enim illa membrorum agitatio tantùm profuit ad capitis abſciſionem, quod iã à ceruice auulſum in ipſo etiã gelu ſaltauit, iniuſtiſsimæq; cædis Deum eſſe & memorẽ, & vltorem oſtendit. Ita quæ in prima ætate didicimus, vel mortui retinemus.

De quodam iuuene Eretrienſi.

RVſticus pater filium habuit philoſophicis ſtudijs deditiſsimum, qui diu, & multum Zenone vſus præceptore, cum ſe ſatis eruditum cerneret, in patriam redijt, cui durus incultuſq; pater in ipſo ſtatim ingreſſu cœpit iraſci, rogans, quidnam cómodi Athenis deportaſſet. Cogitabat enim ſapientiam rem eſſe corpoream, auro argentoq; ſimilẽ, & quæ in hominum conſpectum cadere poſſet. Tum filius, commonſtrabo, inquit: pater verò nil ſub ala ferentem plagis, contumelijſque afficit putans, grauem temporis iacturã ab illo eſſe factã. Verbera, paternaſq; injurias modeſtè ſuffert adoleſcens, idq; ſe emolumẽti afferre, dixit, ſcilicet vt temerarium furorẽ poſſet decoquere, illataq; vulnera tolerare.

Rodigi. antiq. lectio. li. 13. cap. 13.

C Con-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Contemplari quidem oportet, quid institutoribus debeat generosa vis contra parentis iracundiam tam probè armata.

De Maximino Imperatore.

Euseb. lib. 9. Ecclesiast. histo. ca. 5. & 6

ATrocissimus ille Christianæ gentis destructor Maximinus, cùm multa, & varia ad euertendum fidei ædificium machinamẽta excogitasset, vnum reperit non sibi, sed ijs quibus nocere studebat, salutare. Libellum enim finxit mendacissimum, plenumq; crimi nationum aduersus mansuetissimum nostrũ agnum, innocentissimumq; seruatorem, dictitari, præcipiens, illum esse, quem Pilatus de Christo Deo, atq; homine texuisset. Quò autem latiùs pateret vanissima fama, & in plures non modò vrbes, sed etiam regiones dimanaret, omnibus ludimagistris imperatum est, vt famosum libellum pueris, quos ipsi docerent, legendum, ediscendum, cantadumque proponerent. Inde exemplaria ad exarãdas literas præscribi à magistris, necesse erat, inde ridendi, conuiciandi, iocandi, nostræq; legi obtrectandi materiam sumere puerulos oportebat. Vt, quoniam ætas illa garrula est, multi essent ineptissimæ illius sceleratissimeque

(c) 2007 Ministerio de Cultura

que fabulæ precones,& cum ipſo lacte odiũ infantes ſugerent Chriſtianæ pietatis, quos natura dociles,credulos,& ad illa retinenda, faciles genuit, quæ in primis annis cognoſcuntur.

De Etheocle Spartano.

CVm Antipater à Lacædemonijs obſides quinquaginta peteret,Etheocles Epho rus vir ſumma conſtantia dixiſſe fertur ſe pueros minimè daturum, ne patria inſtitutione priuati,quæ præclariſsima erat, prauis moribus in alieno ſolo imbuerentur:ſenes,mulieresve dimidio plures ſi vellet, non negaturũ. Cùm verò vrgeret Antipater, grauiterque Spartanis niſi obſides darẽtur illi ijdem quos flagitabat,minitaretur, reſpondit Etheocles haud ſane minis terremur,& vocibus:quãdo enim grauiora morte nobis imperitas libentius moriemur.O virum Sparta dignùm, qui pueritiæ peſtem, quæ ex vitioſa inſtitutione confeſtim exiſtit,morte putauit redimendã. *Bruſon.li.2. cap.1.*

De Alexandro.

GRæca narrat hiſtoria (ait Hieronymus) Alexandrum potentiſsimum regem, orbiſque domitorem,& in moribus,& in inceſ *In epi. ad Lætã de inſtitu. filiæ.*

(c) 2007 Ministerio de Cultura

su Leonidis pædagogi sui non potuisse care re vitijs, quibus adhuc paruulus fuit infectus.

NATVRAE.

De Aspide.

Plin. lib. 10. natural. hist. cap. 74.

CVm nec insuauem, nec inutilem naturalis historia narrationem afferre soleat, nostris illam exemplis adiunctam voluimus, ne qui prodesse iuuentuti tantopere desideramus, aliquid omitteremus eorum, quę vsui esse futura viderentur. Vir quidã AEgyptius aspidem sęuissimi morsus familiariter aluit, quæ more canis ad mensam nutritoris ventitabat. Post aliquantulum temporis geminos peperit ea in domo catulos, quorũ vnus, absente matre, hospitis filium interemit. Quod cũ rediens Aspis vidisset, ipsa morte puniuit occisorẽ, & præ tædio in desperatũ, voluntariumq; exiliũ secessit. Nam quæ iniquam gratiam altori suo relatam, viderat, intueri pollutam domum non sustinuit, quam vereri, & honorare voluisset.

De Aquila.

Aelian. lib. 6. c. 5

AQuilam virgo nutriuit, quæ tantùm suã altricem dilexit, vt viuẽti venationes crebras attulerit: defunctam in morte comitata sit,

(c) 2007 Ministerio de Cultura

ſit,aiunt enim,in illius ſe rogum inieciſſe. Tyrannicè imperantem Aquilam, & ad cætera inſolentem latere non potuit, quantum ſibi vendicet,à nobiſque expoſcat educatio.

De Dracone.

PAruum Draconem vir quidam reperit, quem domi ſuæ libenter enutriuit, adultũ verò pauidus à ſe dimiſit,neq; enim ignorabat,quanta ſerpentum etiam in ſuos feritas eſſet . Emiſſus Draco vaſtiſsimas ſyluas ſuo more perluſtrabat.Succedente deinde tempore nutricio per deſertam incultamq; ſolitudinem faciendum iter fuit,quem ex improuiſo latrones adoriuntur,vt bonis, ac nũmis ſpoliatum vita etiam priuent. Infœlix viator cùm ſe armis tueri non poſſet,quæ nec ſi haberet,aduerſus impiam ſceleratorum manũ quidpiam prodeſſent,gemitum vocemq; attollit numinis fidem implorans, quæ periclitantibus per opportuna eſſe ſolet. Tum Draco,cum non longè abeſſet,agnita alumni voce ſumma cum celeritate accurrit, graſſatoreſq; interfecit mortem viro parantes . Poſt quæ libero,ac ſoſpiti nutricio ſignis, & nutibus exultans gratulatur.Secùm quiſq; repu-

Idem li. 8. c. 17. Aelianus li. 13. de varia hiſtoria.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

tet,quam gratus ſit erga iuuentæ moderato res,ne vel animantium truculétiſsima durior eſſe videatur.

De Elephantis.

Pierius Valeria. in Hieroglyl.2.ad finem.

SVa eſt Elephanto diſciplinę imago,&quę à magiſtro traduntur, noctu ipſe repetit, & tacitus velut conſiderat,nec defuit ex illis, qui eum à quo inſtitutus fuerat, agnoſceret ſenem,quem tamen non niſi iuuenem antea conſpexiſſet.Plena quidem eſt exemplorum vetuſtas,ſed quod noſtris ferè temporibus in Luſitania viſum eſt,omnium quæ narrat antiquitas admirationem exęquauit . Lectoris hic facilitatem requirimus cui incredibile quod ſcribitur videri non debet,tum quia de Elephante,tum quia ex optimo ſumptũ authore . Cónſtituerat Emanuel rex maximè pius pulcherrimi Elephantis dono Rom. Põtificem,Leonem X.Eccleſię caput recreare. Cumque iam parata eſſent omnia,quę profectioni neceſſaria videbantur,cogi non poterat Elephas,vt nauem introiret; Regẽ non parum ea res ſolicitabat,promiſsiſq; magnificis inuitabat eos,qui tranſuehendæ ferę induſtriam aliquam indicaſſent.Nemo tamen reperie-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

periebatur, qui principis desiderio satisfaceret; Donec tandem regi nunciatum est secretò, rectoris belluæ commẽtum illud esse, qui mulierculę amoribus implicatus inde traduci nollet, elephantoq́; ad aurẽ locutus esset, ne ex fertili loco ad incultam sterilemq́; terram, duci se permitteret. Tum Rex cognita hominis versutia accersiri illum ad se iubet, post triduumq́; profectionem indicit, mortis proposito nisi pareret, supplicio, sibi enim, quæ moliretur comperta dixit patefactaque esse omnia. Tum elephantis magister illo regis imperio expauefactus consilium mutat, docilique bestiæ migrationem ex loco facile persuadet. Fingit impositum sibi fuisse à maleuolis quibusdam, qui falso affirmarũt, prouinciam illam, quam peterent, omnibus vitæ commoditatibus esse vacuam, cùm tamẽ nil illa vberius fructuosiusque sit, in qua tantum abest, vt in rerum inopia sit viuendum, vt potius illa sola delicijs affluere, & voluptatum omnis generis parens esse videatur. Cũ prę sertim monarcha, & mundi princeps ibi imperitet, cui reliqui dominatores se subijciant. His vocibus à priori deiectus sententia elephantus, in nouamq́; & opinionem, & cupidita-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

ditatem adductus, nauem conscendit, è portuq; soluit nil veritus difficultatem itineris. Flectere nimirũ rectori habenas licet in vtráque partem, & clauem, siue vt aperiat, siue vt claudat, ipse gerit, tanto pernicioſior, si malè fungatur suo munere, quanto vtilior, si consulat probitati.

De canibus duobus.

Plin. li. 8. ca. 40. ALbaniæ Rex ex duobus generosissimis canibus alterum dono misit Alexandro Macedonum regi. Sed tamen Alexander volẽs canis vires, & robur experiri, vrsos, apros, damasq; illi obiecit, quos animal generosum, maiorumq; prędarum appetens contemnebat. Cumq; se loco mouere nollet, Alexander ignauię, ac timiditati cunctationem illam attribuens, canem iussit interfici. Quod vbi primum Rex Albanię resciuit, alterum, qui solus restabat, misit rogans ne paruo cum hoste canis prestantiam exploraret, quẽ ipse longè aliter instruxisset; Tum Alexander posteriorem illum qui venerat, cum leone primũ, deinde cum elephanto commisit, quos cùm canis facile strauisset, qualem quantamq; iacturam fecisset Alexander, indicauit. Tantũ

vi-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

videlicet cõsuetudine valet adiuta institutio, vt qui res difficillimas aggredi sit solitus minus arduas auersando contemnat, &, cùm inciderint erubescat.

Mirum de Cane.

HAnc etiam historiam de cane morbum, & mortem simulante beneuolo animo lector accipiat, authoriſq; grauitate ducatur. Spectante ludos Vespasiano canẽ mimus in scœnam introduxit tam ingeniosum, tamq; lepide institutũ, vt vix humana calliditas quæ canis egerit, assequi posse videatur. Nam cũ diu concinnis ac decoris motibus saltauisset; quo maior intuentiũ oblectatio esset, & quia res illud poscebat, ęgrotum se simulauit, quẽ herus histrio quidem venustus medica arte, adhibitis potionibus, attactoq; pulsu curabat. Cùm interim canis fastidium, lassitudinem, morositatemq; eam, quæ ægrotantibus esse solet, ad viuum exprimeret. Tandem pòst be ne simulatos angores illos, gemitus, trepidationem corporis, membrorumq; agitationẽ, quam habent morientes expirare se finxit, atque animam agere: itaq; exanimis iacuit, mẽbraq; humi tãquã mortuus exporrexit. Cada

Plutarch. li. de industria animalium.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

ueris deinde ludibrio, & iactatione ſummũ ſpectatoribus gaudium prębebatur. Sed tamen opportuno tempore, vt actio poſtulabat, ſenſim ſe mouere canis cępit, & tanquam profundo aliquo excitatus ſomno proſilire, & in ſcęnico ludo rediuiuus cum omniũ admiratione geſtire. Ergo ille domini erudientis voce conformatus tam multa, & difficilia didicit, nos qui rationis participes ſumus; qui natura valemus, qui mẽtis viribus excitamur, qui diuino ſpiritu afflamur, quales tandẽ erimus, ſi culturę, vt poëta dixit, patientem aurẽ dederimus?

De Pſitaco.

Cœlio Rodig. de antiquis lectionibus lib. 3. c. 32.

PSitacus Romę fuit, quem dominus verę religionis cultor ita honeſtè erudiuit, vt nil illum aut petulans, aut illiberale voce ſineret imitari. Itaque noſtrę fidei Symbolũ ab Apoſtolis compoſitum pronunciare docuit non ſolũ expreſſè, verũ etiã modeſtè & piè quodammodo, vt non paucos ex Chriſtianis ſuę poſſet tædere ignauiæ, qui in diuinarum rerum prolatione à Pſitaco vincerentur. Eam porrò auem quidam ex purpuratorum ordine centũ aureis nummis cõparauit, moduſq; pre-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

pretio fuit propter auis excellentiam . Mihi quidem aptius nil occurrere poterat vt pueros ad discẽdam Christi legem hortarer, quã docilis huius auiculę exemplum, quæ illum à quo docta fuerat, reddidit locupletem.

NOVA.

De pueris Indicis.

CHristianissimus Lusitanorum Rex Ioannes tertius, orthodoxam nostram fidem magnopere propagari cupiens, nouos quosdam Dominici agri cultores, in remotos Indorum fines amandauit. Quorum dux, & ad ingrediendum iter, & ad mandata perficienda, Franciscus extitit Xauierus, qui etiam miraculis claruit. Sed quo commodius rem arduam primi illi opifices consummarent, beneficentissimi eiusdem Regis donis, & sumptibus insigne pietatis monimentum Societatis Iesu domus erecta est in ciuitate Goa; quę velut seminarij cuiusdam instar obtineret; vnde multi prodirent ad Christi legem promulgandam; religiosis autem hominibus Indici pueri omnium se primi iunxerunt, quos illi valde esse profuturos modo bene instituerẽtur sperarunt. Neq; spes patribus mentita est,

nam

(c) 2007 Ministerio de Cultura

nam cũ pueros probè instruxissent, & quandam modulandi, fidibusque canendi ratione docuissent (quod barbara illa gens quam domare cuperent, musicis concentibus valde recreetur) facillimũ fuit regna vastissima Indorum, Iapensium, & Brasilium expugnare. Mirum sanè, deliciosumq; spectaculum incultis illis hominibus prębebatur, cum nostri pueri per ipsorum plateas, & vicos sanctæ legis præcepta, & Christiani hominis regulas omnes clara, suaui, & demulcente aures voce concinerent, lyris aliàs simul, aliàs vicissim cõcrepantibus, vt tædium ipsa varietas alleuaret. Quod si his adiungimus contigisse sæpe, vt media in æstate, & feruentissimo sole Christi formulam luculentis carminibus pueri cecinerint, quorum genę lacrymis, sed quæ modulationem condirent, non tollerẽt, & tota facies sudore manaret oculis ad terram verecundè flexis, cui erit creditu difficile, eã puerorum constantiam vel solam sufficere vt vera esse quæ dicerent Euangelicę legis noui illi annunciatores barbari arbitrarentur? Inde Mahometani cuiusdam potentis domini, & Regis filia, quod paruulorum chorum illum è fenestra vidisset, inuitis parentibus, matre

prę-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

præsertim, quę præ furore bacchata est, Christi se baptismo inúgi postulauit. Triumphalemque illum diem Goa egit ciuitas, quoad cęlesti sponsi thalamum noua nupta duceba tur. Quàm est illud præclarum, quendam Societatis Iesu virum Ioannem Masquitanum (quẽ Bragadę Troglodytis immaniores vinctum tenebant, & catenis ligatum tam sęuè, vt caput genibus vinculo ferreo cõnecteretur) Christiani pueri solertia ex crudelissimo carcere subtractum, & antiquę libertati fuisse restitutum. Intempesta nocte limas attulit animosus puer, quibus dissectę compedes liberam fugiendi potestatem fecerunt, consopitis interim custodibus quos multos tyrannus adhibuerat. Ducem præterea se præstitit adolescentulus in longo dubioque itinere, quod noctu fecere, vt fallerent in sequentes. Virili fortique animo si quẽ ex illis, ad quos in fuga diuerterat, suspectũ puer reperisset, promissis capiebat, ne se proderet. Denique vbi iam ad securum portum ex periculosa nauigatione pater Masquita, & puerulus appulerunt, par animi exultatio fuit Christianis hominibus, & quòd desideratissimus pater veniret incolumis, & quòd tali eum arte puer li-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

liberaſſet. Quo circa fortis, ac prudentis animi puerum Michaelẽ (cui & Angeli nomen, & officium fuit) complecti non deſinunt, & donis ac muneribus cumulare. Sanctæ educationis copioſum fructum qui apud Indos ſunt, paſsim religioſi viri percipiunt, vident enim pueros illos quos inſtituunt Samſonis eſſe vulpeculas, quę ſata Philiſtinorũ demoliantur: nam infideles pueri (quoniam pares cum paribus facile congregantur) noſtris alũnis libenter ſe adiungunt, deinde ipſi parentes velut datis obſidibus in officio continentur.

De pueris Germanis.

NOn minora ſunt quæ Germani pueri probe educati in natione illa perdita facere conſueſcunt. Quæ iam pridem funditus euerſa eſſet, niſi cadentem illam religioſi viri tanquam humeris ſuſtinerent. Quibus maximè fuit præſidio literariam palæſtram inibi conſtituiſſe, & iuuentutis erudiendæ curam ſuſcepiſſe. Dictu eſt profectò mirabile quanta ſit in adultis hominibus impietas, & rurſus quo animo, intimiſque medullis orthodoxã fidem puſilli tueantur. Cum primùm ad reli

gio-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

gioſorum ſcholas pueri, vel à parentibus deducuntur, vel ipſi ſponte eò ſe conferunt, hæreticam ſectam abiurant, ſanamq; doctrinam amplectuntur. Lutheranas cantilenas memoriæ traditas dediſcunt, conſcriptas incendio perdunt, alij alios, vt priſcam illam pietatem à Chriſto, & Apoſtolis acceptam vita ipſa chariorem habere velint, cohortantur. Certant officijs inter ſe, cum deprauatis hominibus de religione dimicant, contingitq; ſæpe, vt Goliam prodigioſè celſum & coloſſæa ſtatura metuendum puſillus Dauid & ſaxo tundat, & gladio contrucidet. Quoties parens ipſe filij carnifex fuit? quoties filius patrem quaſi regenerauit, & ad ſanam mentem reduxit? ſua quiſque inter ſocios facta prædicat: vapulaſſe ſe, dicit alius, quòd carnibus veſci noluerit, cum id ſacræ leges vetarẽt, ne ſe crimine pollueret: narrat alius imaginem ſanctam impia flamma à ſe ereptam fuiſſe: eſt qui dicat precatorios calculos in honorem ſanctiſsimæ virginis, & matris Dei cingulo admotos circumferre ſe, quoquo iuerit, idque parentibus inuitis, quorum minas non magnopere pertimeſcat. Quid multa? conſtantiſsimi pueri, quibus educãdis religioſi viri ea in prouin

cia

(c) 2007 Ministerio de Cultura

cia sedulò vacant, spem afferunt, pestem illã tandem aliquando esse quieturam, manentibus religionis inoffensæ plurimis, qui futuro post tempore synceram fidem propagent. Nó paucos ex ipsis hęreticis extitisse, scimus, qui sententiam mutauerint, & ad matris Ecclesię gremium redierint, puerorum aut persuasionibus moti aut exemplo certè: quos cũ ea in ætate quæ leuitatis plena est tã bene cultos aspicerent idque non modò non consentiente patre, verum etiam reclamante, totisq; viribus contradicente, persuadebant sibi magnum esse nostræ veritatis robur, catholicorumque causam à nostro Deo propugnari. Sed ne tota Germanorum res sine peculiari aliqua narratione prętereat memorabili quodam exemplo, quid educatio possit, ostendemus. Monachij quę ciuitas illustrissimo paret & maximè pio Bauariæ principi, ingens erat adolescentum numerus qui religiosam scholam frequẽtabat, quibus ea lex inter alias pręscripta fuit, vt singulis diebus rei diuinę velut auspicatissimo rerum gerendarum initio interessent. Et cum mane die quadam coniuncti omnes sacrum audirent, vt eo peracto literarum studijs nauarent operam, vir nõ infi

mæ

mæ ſortis quòd ad imperitæ plebis iudicium, vulgiq́ue æſtimationem attinet ſed miſerrimo ſpiritu (erat enim ex ſectarijs, & Epicureis, nam ita mihi appellandi videntur, qui à catholicorum nobiliſsima, antiquiſsima, ſanctiſsimaq́ue familia diſſentiunt) diuino inſtinctu religioſorum ſacellum ingreditur, & puerorum tum concurſum, tum maximè pietatem, & mentis attentionem, quàm ipſo vultu teſtificabantur, admirans, ſecum tacitus reputare cœpit, quanto in errore verſaretur ipſe, qui rem deſpiceret, cuius veneratio ne pueros quidem lateret. Ponderat acuto vir ingenio tantam illam mentis attentionem nulla humana vi artéve excitari in pueris potuiſſe, qui rem nullam ſeriam, ac ne iocoſam quidē tam ſerio auſcultare à ſua natura didicerint. Colligit tandem, & ratiocinatur Dei opus eſſe illud, qui ex ore infantium perfectā ſui laudem ſæpe depromit. Sanctiſsimam itaque Eucharistiam totis viſceribus complectēdam eſſe cenſet, tremendumq́ue illud Miſſæ ſacrificium conſtantiſsimo, ſaniſsimoq; animo colendum arbitratur. Poſt quæ palinodiam cantat in omnibus quæ à noſtra fide diſſentiunt, emergenſque ex Lutheranis tenebris in ma-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

tris Ecclesiæ versari cœpit.

De Collegio Germanico.

MVlta dici possent de Italica iuuentute sed Germanicum collegium, quod Romæ est, bonam nostræ orationis partem sibi vēdicat, & cum caput sit, laudato eo satis mē bra ipsa collaudantur. Quod autem eius fuerit initium, paulò altiùs repetemus, Doctorisque Petri de Ribadeneira verba ponemus, qui in eo libello perpulchro quem de nostri Patris Ignatij vita conscripsit, Germanici collegij exponit initium ipsasque radices aperit, cuius ego sermone pio, & facundo maximè recreor, lætorque admodum in meo opuscu lo aliquid de illo esse interseruū. Erat (inquit ille) Ignatius cùm ad curandas pro virili parte vitiosas Christianæ reipublicæ partes, intē tus, tum verò ad eam, quę maximè laborabat, Germaniæ prouinciam. Illi igitur de medicina cogitanti Ioannes Moronus S.R.E. Cardinalis hodie sacri collegij decanus, vir prudentiæ atque integritatis laude excellens hācvnā proposuit, quam cognitis, atque exploratis Germanicis rebus ex legatione Apostolica, qua functus in Germania fuerat, magnā vim habi-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

habituram ſperabat, auctorque in primis fuit Germanici collegij in vrbe conſtituendi. Et enim animaduertit quod inſcitia quorũdam ſacerdotum in Germania, & vita non ſatis probata perditum fuerat, doctorum, ac paſtorum erudita probitate reſtituendum. Eſſe autem percommodũ doctores, ac paſtores Germanorum Germanos eſſe; ſic enim fore vt eiuſdẽ nationis legibus, moribus, natura inter ſe, atque amore deuincti facilius in eorum animos influant, & materna lingua inſtructi vim maiorem ad perſuadendum habeant. Eiuſmodi porrò Magiſtrorum ea in prouincia inopiam ſummam eſſe, eamque fieri quotidie maiorem, ijs, qui ſuperſunt paulatim deficientibus, hæreticorum vero magnum eſſe numerum & noua ſemper prole copioſiorẽ, ex quo conſilium ſalubrius excogitari nullũ potuit, quam ſeminarium inſtitui, quo antequam omnino exareſceret, ſtirps ipſa excitaretur in ſemine, & præclari iuuenes ingenij, ac virtutis ſpe commendati ab ea ætate, quæ flexibilis eſt, moribus, literis, atque inſtitutis catholicis ad omnem pietatem informarentur. Hoc ſeminarium in Germania ſane fieri vix poterat, nam vt maximè integrum locũ,

(c) 2007 Ministerio de Cultura

atque incorruptum eligas inter venenatos ta men hæreticorum morsus facilis contagio es set, neque vspiam à callidis hostibus satis tuta adolescentia. Extra Germaniam vero neque locus ad eam rem aptior neque Academia cō modior, neque ciuitas, quam Romana oppor tunior esse potuit, in qua nimirum doctrinæ catholicæ integritas, loci ipsius sanctitas ho minum in vrbem confluentium multitudo, ac deuotio, religionis auitæ atque Apostoli cæ reuerentia, beneficia summorum Pontifi cum ac prolixa liberalitas procreare in ipsis adolescētibus pietatem, atque alere, & à frau de hæreticorum facile possent auertere. Hęc maximè fuit ratio instituendi Germanici col legij inita primū vt diximus à Cardinali Mo rono, cum Ignatio deinde, alijsque grauissi mis viris communicata à Iulio tertio Pontifi ce Maximo, ac vniuerso Cardinalium sena tu susceptą & cōfirmata. Atque vt certo res, ac stabili fundamento niteretur in victum il lorum, & cultum summus Pontifex pecuniā de suo promissam quotannis benigne persol uit. Eiusque exemplum Cardinales omnes, pro sua quisque facultate cupidè sunt sequu ti, quò ipsi Germani adolescentes rerū ad vi-

tam

tam neceſſariarum moleſtia liberati de pieta te tantummodò, ac doctrina cogitarent. Data què Ignatio cura eſt iuuenes ex omnibus Germaniæ partibus ad eam rẽ euocandi, mo derandique. Quàm ille prouinciam tum rei magnitudine, tum Pontificis Maximi permo tus imperio libentiſsimè ſuſcepit: ſpectatos viros collegio præpoſuit, optimis illud legibus temperauit, & vt Germani idoneos haberent in noſtro collegio Romano præceptores, ma gna cura perfecit. Illud nequaquam ſuſcepit, vt rationes pecuniarias noſtri attingerẽt, aut ijs, quæ ad ſumptus pertinent vel exigendis, vel diſtribuendis implicarentur. Hæc Riba deneira. Sed enim cùm ij, quibus ea cura cõmiſſa fuerat, nil ſegniter, aut ocioſè gererẽt, ex principibus multi ſuos liberos illuc introducendos curauerunt, vt ab ſtrenuis illis ſiue magiſtris, ſiue etiam pædagogis informarentur. Et poſtquam in vſu eſſe cœpit hæc multorum & maximè nobilium adoleſcentum educatio, refloruiſſe Romam ſenio & vetuſtate confectam iudicares. Hîc Cardinalium nepotes, hîc Comitum liberi, hîc dynaſtarũ filij honeſtos mores imbibunt, & eruditionem comparant non vulgarem. Quæ cũ Gre

(c) 2007 Ministerio de Cultura

gorius XIII. summa prudentia & pietate Pontifex animaduerteret, Germaniæque restitutionem proximè & secundũ custodem seruatoremque Deum ab insigni aliquo piorum, eruditorumque iuuenũ seminario petendã esse intelligeret: Germanici huius collegij, quod non esse absolutum, sed inchoatum videbat, & iura & pecuniarium subsidium ampliauit: illudque perpetuo, & copioso vectigalium annuo fructu stabiliuit. Itaque hæc domus Theutonicos iuuenes multò plures deinceps alet, Germaniciq; conuictores non institui solùm, sed etiam perfici ornarique poterunt, consummataeq; sapientiæ lauream adipisci. Decebat enim nostrum Pontificem eius mores propagandęq; pietatis studium imitari cuius sibi nomen acceperat. Ita quod sanctus Gregorius fecit in Anglos, hoc idem noster Gregorius molitur in Germanos, atque apparat: habebitq; deserta, & afflicta natio vnde suæ petat remedia vastitatis. Sed hæc copiosius pontificia bulla declarat, quæ in manibus est vt passim ab omnibus lectitetur.

Quo-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Quomodo educandus, docendúsve puer sit, qualesq; præceptores, & pædagogos esse oporteat. Cap. II.

QVoniam tales ferè discipuli, alumnique fiunt, qualis ipse præceptor est: non essenum putauimus in vnum atque idem caput hæc duo conijcere de honestæ institutionis ratione, deque ipsius educantis ingenio; coherent nãque, & implicita sunt. Quamobrem quæ de moribus educantis, docetisq; hic dixero: eadem etiam ad institutionis modum & normam explicandam pertinebunt. Sed vt rem, disputationemque ab ipsis veluti elementis ordiamur: nutrices, quas esse vel sapientes, vel certè non improbas voluit antiquitas; Plato admonet, ne turpes annilesve fabulas infantulis dicant, ne iam inde ab incunabulis vel stulti, vel flagitiosi esse discat: eoque diligentius remoueri hæc ab ipsa educatione debent: quòd tenera ætas celeriter arripit quæcunque audit, videtque, menti deinde ea penitus inhærescunt. Vnde Phocylides pulchrè.

Dũ tener est natus, generosos imbue mores,
Vinum pueris idem Plato negandum putat

Lib. 2. de Ira Seneca.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

ne ignis igne inflammetur. victus sobrius sit & temperatus (vt ait Seneca) modicisq; vtendum esse exercitationibus ac laboribus idem præcipit, vt tenera, & mollia corpuscula confirmentur. Maximè autem vt ait Tullius, hęc ætas à libidinibus arcenda est, exercendaque in labore, patientiaq; & animi, & corporis vt eorũ & in bellicis, & ciuilibus officijs vigeat industria. Atque etiam cum relaxare animos, & dare se iucunditati volent, caueant intemperantiã, meminerint verecundiæ, quod erit facilius si huiusmodi quoque rebus maiores natu interesse velint. Præceptores, quod Seneca docet, discipulis placidi sint, idque vt facilius assequãtur, puerorum vel scelera vel errata non tam supplicij acerbitate, verberumque castigatione, quàm obiurgationis grauitate vindicabunt. Hoc enim maximis authoribus probari sentio: dandáque opera est, ne aut eorum, quos instituimus, flagitia mollibus nostris sententijs alamus, aut animaduersionis seueritate indolem ipsam retardemus. Qui verò cõsummatus præceptor haberi volet in literis & virtute iuuenem instituat, quæ omnium præstantissima educandæ iuuentutis est ratio. Ob eamque rem & probos, & eruditos

Lib. 1. offic.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

ditos esse magistros velim: ex his enim fontibus omnia manabunt, quæ in ingenua Christianaque educatione requiruntur. Sed quoniam liberalis, sanctæque institutionis imaginem re & nomine Sacer Hieronymus pulchrè depingit, eius nos verba ipsa proferemus. Cùm enim ad Lætam matronam egregiam & sanctam scriberet de institutione filiæ, sic ait, nil aliud discat audire, nil loqui nisi quod ad timorem Dei pertinet; turpia verba non intelligat, cantica mundi ignoret, adhuc tenera lingua psalmis dulcibus imbuatur. Procul sit ætas lasciua puerorum. ipsæ puellæ & pediſſequę à secularibus consortijs arceãtur, ne quod male didicerint, peius doceant. fiant ei literæ vel buxeæ, vel eburneæ, & suis nominibus appellentur. Iudat in eis vt & lusus ipse eruditio sit, & nõ solùm ordinem teneat literarum, vt memoria nominum in canticum transeat: sed & ipse inter se crebrò ordo turbetur, & medijs vltima, primis media misceantur, vt eas non sono tantùm, sed visu nouerit. Cùm verò cœperit trementi manu stylum in cera ducere, vel alterius superpositа manu teneri regantur articuli, vel in tabel la sculpantur elementa, vt per eosdem sulcos

(c) 2007 Ministerio de Cultura

incluſa marginibus trahantur veſtigia, vt foras non queant euagari. Syllabas iungat ad præmium, & quibus illa ætas deliniri poteſt, munuſculis inuitetur. Habeat & in diſcendo ſocias, quibus inuideat, quarũ laudibus mordeatur. Non obiurganda eſt, ſi tardior ſit; ſed laudibus excitandum eſt ingenium: vt & vinciſſe gaudeat, & victa doleat. Cauendum imprimis ne oderit ſtudia, ne amaritudo eorum percepta in infantia vltra rudes annos tranſeat. Ipſa nomina, per quæ conſueſcit paulatim verba contexere, nõ ſint fortuita, ſed certa, & coaceruata de induſtria Prophetarum videlicet, atque Apoſtolorum, & omnis ab Adam Patriarcharũ ſeries de Matheo, Lucaque deſcendat, vt dum aliud agit, futurę memorię præparetur. Magiſter probę ætatis, & vitæ, atque eruditionis eſt eligendus.

Ibidem.

De Nutrice vero ſic ille, nutrix ipſa non ſit temulenta, non laſciua, non garrula, habeat modeſtam gerulam, nutricium grauem. Hęc Hieronymus quæ exemplis ornanda, comprobandaque ſunt.

De Sancto Ioanne Euangeliſta.

Euſeb. Eccleſiaſ. hiſt. li. 3. cap 23.

QValem Diuus Ioannes inſtitutorem eſſe velit, ſequens hiſtoria declarabit.

Cum

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Cum enim per Asię ciuitates iter faceret, adolescentem reperit facie plurimùm elegante. Quem vt primùm Apostolus vidit, moribus pulchriorem optauit efficere, locique illius Episcopo erudiendum tradidit. Antistes pupilli tutelam assumit, seque omnem curam in eo instituendo positurum recipit. Tum sanctus Apostolus Ephesum redijt. Sed tamen adolescens principio diligenter educatus immaturè ab Episcopo, qui illius curam susceperat, tanquam probè instructus, & qui per se sapere iam posset, relinquitur. Qui amoto custode sui dissimilis esse cœpit, & comitũ perditissimorum, in quos inciderat, mores, ac vitam imitari. Quid multa? In vitiorum schola tantùm profecit, vt grassatorum princeps fieret, incautosq; viatores non spoliaret solùm sed etiam vita priuaret. Succedente deinde tempore, Ioannes reuertitur, depositúmque repetit ab Episcopo. Tum ille Apostolo ingemiscens, ait, iste quem petis, latrocinijs & impurissima sceleratorum manu infestat itinera. At Christi discipulus, cum multa de curatoris negligentia conquestus esset, lacrymisque, ac mœrore ingentẽ dolorem, quem ex iuuenis lapsu capiebat, significauisset, conscen-

so

(c) 2007 Ministerio de Cultura

so equo, prçter vires & ætatem (cerne amoris flammam, & paterna viscera) perditam ouem pastor bonus per saltus & prçrupta montium inuestigat. Et cùm longum iter senex confeciſſet, à latronibus capitur, quorum antesignanum ipse quçrebat. Latrones comprehensum Apostolum pertrahi ad Dominũ oportere, clamãt: quibus Ioannes, nil sibi futurum gratius dixit, quàm vt ad principem duceretur. At verò latronum ille dux, cùm proprius accedentem sacrum virum contemplatus esset, prædamque suorum comitum agnouisset, fugam arripuit conspectum tanti hominis reformidans. Apostolus fugientem insequitur clamans à tergo, ne filius patrem timeret, armatus inermem, iuuenis senem, robustus imbecillem, anniſque ac labore fessum sacerdotem: ego, inquit, pro te in seueriſsimi iudicis prætorio respondebo: ipse causam perorabo tuam. Siste ergo, & me cœlitus missum, vt tibi prouideam, arbitrare. His vocibus confirmatus iuuenis Ioannem expectat venientem, armáque abijciens, & ad pedes illius se prouoluens perditam suam vitam acerbiſsimè defleuit. Plorat vicissim Apostolus non tam mœrore, sed incredibili affectus gaudio,

cum-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

complexuſque iuuenem ad Eccleſiam illum reduxit, cuius medelæ vacauit ipſe vicario non ſatis fidens, quem fuiſſe ſocordem ſatis dolebat: nec prius à ſe iuuenem diuellit quã eſſe videt firmiſsimum. Hæret neſcio quo modo magiſtris, ac inſtitutoribus amor paterno fortior, qui deploratos ad non ſperatã reducit ſanitatem.

De quodam Anachoreta.

NArrat Diuus Chryſoſtomus cognitum ſibi fuiſſe monachum, de cuius in educando peritia iucundiſsimam contexit hiſtoriam. Fuit, inquit, & narrat, adoleſcẽs ſummæ expectationis, quem pater bellicę virtutis, & rerum geſtarum gloria maximè inſignis militiam ſequi, volebat. Mater vero pietati dedita, & ab omni faſtu abhorrens cum filium religioni vellet addicere, artem excogitauit maximè idoneam, qua & filio prodeſſet, & moroſo difficilíq; viro nil inſuaue moleſtúmq; facere videretur. Re igitur diu, & multùm deliberata, eruditum quendam Anachoretã domum accerſit à ſolitudine, quem mirificè hortatur, ad ſuſcipiendam pueri cuſtodiam, vtque illius pædagogus eſſe velit, impenſe

Lib. 3. aduerſus vituperatores vitæ monaſtica.

orat,

(c) 2007 Ministerio de Cultura

orat,propoſitis identidem certiſsimis emolumentis,quę ex ſancta illa in virtute,& literis inſtitutione ſecutura eſſe videbantur:Cũ preſertim auſterus pater facilè pateretur, ſcientiarum ſtudio filium erudiri. Sapientia enim ad omnia ſe extendit,nec bellicam ętatis degendę rationem patitur eſſe expertem ſui.Fœminę pietas doctum illum eremitam vincit,fitque iuuenis inſtitutor:veruntamen adoleſcens literarum occaſione, quas pater in puero deſiderabat, veram etiam docetur philoſophiam,quę docet humana contemnere,déque diuinis ſerio,&ſedulò cogitare. Preceptoris matriſque deſiderio puer ſatisfacit pietatem & literas fœliciter adipiſcendo, ſolitariámque vitam amando, quam iuuenis voluntatem molliebat inſtitutor, temperabátque quouſque matura ſatis ad conſtantiá, firmaque ad patris iracũdiam,& minas perferendas redderetur.Fit interim ex priuata domo cœnobium, ex palatio ſtudium, quod etiam plurimi adoleſcẽtis ex coęuis & generoſis frequentabant.Qui nõ multò pòſt ſimilem viuendi rationem ſequi voluerũt. Preceptoris itaque aduentu mater moroſum ſuum eluſit maritum, filio domeſticam religionẽ attulit,

(c) 2007 Ministerio de Cultura

attulit, florentiſsimæq; vrbis adoleſcentulos & virtutis & ſcientiæ fecit eſſe cultores. Domi ita vixit adoleſcens (quam diu mutare habitum non licuit) vt religionis clauſtra deſiderari minimè oporteret: & qui facie, amictuq; cõmunem vitam ſequi videbatur, moribus, & vitæ aſperitate, vel ipſos eremi incolas ſuperabat. Multos enim dies ſine cibo perdurare ſolitus fuit, inter diuinarum lectionũ pernoctabat libros, ſub veſte nõ vili; qualem eius eſſe decebat, qui patrem haberet prædiuitem, ſcabrum cilicium carni applicitum occultabat. Demiq; cum pater iuuenem militiæ vellet aſcribere; tam conſtantem illum in mõnaſticæ vitæ propoſito reperit, vt nec minis, nec promiſsis, nec ſupplicijs illum à ſententia depulerit. Altas enim cum iam egiſſet planta radices ventorum impetu conuelli quî poterat? Tandem iuuenis in ſolitudinem ſecedit, & Chriſti militiam ſequitur, in duciſque ſacramento perſiſtens glorioſam palmam fuit poſt mortem aſſecutus.

EXTERNA.

De Spartanis.

ANtiquorum hominum, qui luce Chriſtiana caruerunt ritus, & mores, qui maximè *Iuſtin. lib. 3.*

(c) 2007 Ministerio de Cultura

ximè probentur, in educandis liberis, recenſe re non diſplicet: qua in re à Lacædemonijs ſu mam initium, quorum fama eſt celebris in ru dium inſtitutione. Nam ſapiens ille Lycur- gus firmari volebat infantes, & ad laborẽ ob- dureſcere: quocirca nudos incedere, in niue pernoctare, aquá lutulẽtam bibere, nil ſomni cauſa ſubſternere, ęſtuare, algere, currere ado leſcentulos omnes oportebat. Sobrius in pue ris victus, tenuis cultus, verberum, & iniuria- rum patientia tãtùm profuit, vt prouerbij lo co diceretur. Solas eſſe lacænas, quæ viros pa rerent. Fuit etiam Lacędemoniorum mos, fe ſtis dieb' ruſticos homines vino replẽdi quos mero iam occupatos in vias publicas produ- cebant, conuocatis pueris, vt fœdum illud te mulentiæ ſpectaculum intuerentur. Qui, ani maduerſis vinoſorum hominũ motibus tur- piſsimis, & quæ ludibria, quoſq; iocos pate- rentur cernentes, ebrietatem odio proſeque bãtur, frugalitatiſq;, & temperãtiæ virtutem adamabant. Tantus pręterea abſtinentię vſus illis fuit, vt certis diebus iuuenes oporteret Aephoris (hi iudices erant Spartani) corpu- ſcula inſpicienda, tractandaq; permittere, vt ſi quid eſſet pinguedinis in aliquo deprehen

ſum

sum inedia corrigeretur. Quem etiam morẽ Gallis,& Iberis fuisse, memorię est proditũ, apud quos qui magistratu fungebatur cingu li mensuram habuit, quam si puer, puellávę, vitio pinguedinis fortè non caperet, pœnas dabat. Nunquam profectò bellicis laudibus & rerum gestarum gloria Sparta claruisset; nisi robustos,&minimè delicatos milites iam inde à pueritia reddere consuesset.

Alex. ab Alexan. li. 5 cap. 25.

De Persis.

PErsici homines apud se educatos tam sanctis moribus imbuebãt, vt eorum discipli næ nil addi,detrahívę posse videretur.Pueris enim illi præerant ex senioribus,qui illos quã optimos reddituri esse credebantur, quos in loco à forensi strepitu remotissimo constitutos magistri erudiebant,primumq; omnium iustitiæ discendę operam dare cogebãt, deinde ingrati animi vitium odio prosequi, magistratibus parere,castè viuere, in cibo & potu esse continentes:quam ad rem seniorum exẽpla maximo erant adiumẽto. Quæ enim pueris pręcipiebantur,omnia qui prouectę erant ætatis pręstabant.Pueros etiam non apud matrẽ, sed pręsente magistro vesci necesse erat,

Xenoph. li. 1. de Cyri pædia

(c) 2007 Ministerio de Cultura

idq; annuente præceptore. Ferunt autem ex proprijs ædibus panem, nasturcium & capedinem vt ex profluente aquam hauriant, neque licet delicatiores vnquam dapes comedere, nisi fortè ex venatione conquirātur. Tam sancte à Persis pudori erat prouisum, vt nudum quempiam, pręsertim à puero conspici, capitale fuerit : tantum præterea à ciuilitati studuerunt, vt pro lege seruaretur, ne pueri palàm conspuerēt, nares emungerent, ructarent, aut non longè reddendę vrinę causa secederent. Qua verò ratione Regis filium Persæ instituerint, grauissimus philosophorum Plato docet, puerum enim illi dumtaxat nutriunt qui in Regis aula optimi censentur. Quibus maximè curæ fuit, vt infans decora, egregiaq́; forma concresceret, membrorumque vegetam aptitudinem conseruaret: anno ętatis septimo equestris disciplinę, artisq́; desultoriæ magistro committebatur. Cùm verò ad annum quatuordecimum peruenisset, ab illis gubernari incipiebat qui magistri regij vocabantur. Hi quidem ex vniuersa delecti Persia quatuor fuerunt cæteris omnibus cum literis, tum virtute pręstantiores. Quorū primus religionem docet, regiaq́; tradit insti-

Plato de natura hominis seu in Alcibiade.

Petrus crini. li. de honesta disciplis. l. c. 2.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

tuta, veritatem alter, quam vt toto vitæ tempore chariſsimam habeat, hortatur: tertius ne libidini ſuccumbat, atque vitam agat cupiditatum omnium expertem commonefacit: quartus deniq; conſtantem illum, & fortitudinis amatorem conatur efficere. Omni laude Perſas digniſsimos eſſe cenſeamus, quorũ in educando vigilantia effecit, vt inter ſe coniunctiſsimi, exteris nationibus formidabiles eſſent.

De priſco Romanorum ſeculo.

SI quis forte ſcire deſiderat, cur tantopere antiqui illi Romani floruerint, in rebuſq; omnibus excellẽtes fuerint, ſiue priuatũ decus, ſiue publicã laudẽ, ſiue gubernandi peritiam, ſiue militarem induſtriam, ſiue belli triũphos, ſiue pacis ornamenta, ſiue otioſorum doctrinam, ſiue oratorũ in foreſibus negotijs eloquentiã velimus animo reputare, nullam aliã eſſe cauſam reperiet, quã liberorũ educationem vigilantem; ſuum enim quiſq; filium ex caſta natum parente non emptæ nutrici, vt nunc à noſtris fit optimatibus, tradebat, ſed propriæ matri alendum relinquebat. Fuit fuit priſco illo Romanę fœlicitatis tempore

Cornelius Tacitus Dialogo de Orato.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

summa fœminarum laus, si & rem familiarem tueri, & liberos honestè nutrire didicissent. Solitos etiam Romanos historię dicunt ex propinquis, & sanguinis necessitudine coniũctis fœminis aliquam natu grandẽ, moribusque illustrem deligere: quę sobolẽ multiplicem educaret: qua pręsente nil neque dictu obscœnum proferre, neq; factu inhonestum tentare, pueris licebat. Magistrę huius partes erant, non solùm, quę seria essent edocere, sed etiam ludos, & oblectamenta ætati illi permissa mira quadam sanctitate, & verecundia temperare. Hæc quidem quamdiu stetit vetus, & seuera patrum disciplina, principes multos Roma vidit, postquam tamen à maiorum curriculo defluxerũt Latij, nobiliumq; filios Gręculę ancillæ nutriendos susceperũt, infans dominus seruis impurissimis sæpe coniunctus impudentiam cum ipso lacte sugere incœpit, corruptelarumq; illecebrę teneros annos deprauarũt. Quid enim infœlices pueruli flagitiosum non discerent, si nutrix libidinosa, si comites praui, si parens vitiosus, si deterrimi pręceptores delicatulam ætatem satis per se ad maleficia propensam quasi manu impellebant ad scelera committenda? Dolet

(c) 2007 Ministerio de Cultura

prętęrea Cornelius Tacitus à quo omnem hãc historiã accepimus, magistrorũ vel inertia, vel ignorantia factum esse, vt discipulorũ institutio sua tempestate, aut infamis, aut prope nulla haberetur. Nam qui ciuium liberos instituebant futilia quędam inculcabant pręcepta, quæ nil reconditę eruditionis haberent, nil antiquum saperent, nil elucubratũ redolerent. Sumus in hoc exemplo, quod Tacitus Cornelius lamentando refert fortasse longiores, quòd mihi visum sit ad nostri temporis deflendas miserias posse accommodari. Claudicat enim nunc plurimis in locis institutio puerorum, nam si in priuatorũ domos spectes nullam huiusce rei curam inuenies, si ad palatia vertamus oculos, vitiorum sentinam videbimus inexhaustam; iã Academias quis non lugeat? in quibus licentia, impunitasq; iuuenibus proponuntur: adde his cãdidatorum subornantium pueris valde perniciosa blandimẽta: qui vero pręceptores accuratè, sapienterq; docent non satis audent suis auditoribus pietatem commẽdare, ne quam offensionis ansam seria monendo pręstent. Vnum superest Grammaticę in priuatis scholis perfugium, sed hoc non omnino tutum.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Nam libri obſcœni ſæpe in his prælegũtur, quibus nil eſſe magis poteſt peſtiferum iuuẽtuti. Illaque præterea loquendi & ſcribendi præcepta traduntur, quę iam pridem obſolescere debuiſſent. Nil eſt quidem apud iſtos, quod non fumoſis, vetuſtis, ineptis, innumerabilibuſq; regulis ab imperitiſſimis acceptis ſit metiendum. Itaque Ciceronem Romanamque phraſim qui huiuſmodi ſunt, ignorant penitus, cùm tamen linguę Latinę parẽtem Tullium, & præterea nullum agnoſcamus. Quo fit, vt magna illis habenda ſit gratia, qui & virtutem & perfectam eruditionẽ afferunt iuuentuti.

De Iulio Cæſare.

Xiphilinus in Auguſto.

IVlius Cęſar cum Octauium tenerum & prope infantem educãdum ſuſcepiſſet, ſibiq; multa de eius indole promiſiſſet, eã inſtituendi pueri rationem adhibuit, quæ principi futuro conuenire videbatur. Itaque nobiliſsimis præceptoribus puerum tradidit, eaq; diſcipulum docere iuſsit, quæ hominis imperium bene geſturi propria eſſent. Nã in Grę cis literis, Latiniſq; eruditus eſt, dicendique facultatem, & copiam comparauit, atq; etiã

vt

(c) 2007 Ministerio de Cultura

vt consummati principis munere fungi optimè posset, militiæ labores perferre didicit, quæque ad gubernandam rempublicam pertinerẽt, prẽceptorum opera cognouit. vt minimè mirandum sit talem, tantumque Augusti principatum fuisse, quẽ tam prẽclari exorsus fundauerunt.

De Lycone Troadensi.

THRoadensis Lycon quoniam ex eius ore melle dulcior fluebat oratio, Glycon est à multis appellatus, quæ vox Græca suauitatẽ significat, in educandis vero pueris excelluit, non enim conuitio, aut plagis vtebatur, sed pudore, & glorię studio discipulos incitabat, hocq; geminum calcar adhibebat. *Laertiusli. 5. de vitis philosoph.*

De Verreio Flacco.

VErreius Flaccus libertinus cũ industria tũ docendi gloria maximè claruit. Cùm enim cædere pueros seruile duceret, nobilio rem regendæ, moderandæque iuuentutis rationem inuenit, nam discipulos æmulis adhibitis, præmijsq; propositis incitabat, & ei, qui victor discessisset librum aliquem pulchrum, & ex rarioribus tribuebat. Ita repulsæ ignominia negligentem, & pigrum & acrius, & *Suetonius de illustribus Grãmaticis.*

(c) 2007 Ministerio de Cultura

salubrius puniebat. Quare ab Augusto prę ceptor ipsius nepotibus electus in palatium trā sijt, docuitq; tum Augusti cognatos tum cę teros in atrio domus Catilinæ, centenaq; ses tertia quotannis accepit. Præneste post obitum statua ei erecta est. Eumq; honorem illustri Grammatico ciuitas decreuit, quo clarissimi fortissimiq; duces sæpe caruerunt.

De Ceruo.

Plin. li. 8. ca. 32. ERudiendę prolis solertissima ceruo cura est, editos enim partus exercet cursu & fugā docet meditari, ad prę cipitia ducit, saltusque demōstrat, quo sint aduersus hostiū vel insidias, vel impetus paratissimi. Ergo institutionem odisse naturæ repugnare est.

De Luscinijs.

Idē lib. 10. c. 29. CAnora hęc auis, ac musica non solùm natura, sed etiam arte, & institutionis vsu, ad summam illam canēdi vel suauitatem, vel peritiam dicitur peruenire. Nam quæ inter illas maxima est rudioribus prę esse solet, & modulos, quos ipsę imitentur, prę scribere. Discipula diligenter attendit, & retractat audita, intelligitur emendatæ correctio, docentis verò quædam apparet repręhensio. Fęrę, natantes,

(c) 2007 Ministerio de Cultura

tes, volucres, omnia denique animantium ge nera de institutionis vi idem quasi sentiunt, & præseferunt.

De quibusdam Latinæ linguæ magistris.

QVæ digna laus præceptori tribuetur (lo quor de mercenarijs) qui lauto con uiuio illum solebat excipere, quem videret sa cerdoti crimina confitentem. Solitum esse pręterea egregium hunc institutorem perhi bent, abiecto sæpe libro quem exponebat, quod profanus esset (tales enim ferè sunt qui humaniores literas discentibus proponi so- lent) ad pia quædam, & seria de summo bo- no adhortamenta se conuertere. Nil esse ma gnopere expetendum, pręter decus & hone statem dicebat, & in virtute prosequenda par ui esse ducendos omnes corporis cruciatus, nullumq; honoris, capitis, & vitæ discrimen valde esse metuendum. Difficile est dicere quantum priuatus hic homo, qui stipendio iuuenes docebat, commune bonum adiuue- rit, publicamq; vtilitatem auxerit, adolescen- tes enim plus mille in optimo vitę statu col- locauit. Huius quidam auditor vir sanè lite-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

ratiſsimus mihi narrabat, cum eius pius hic prę ceptor dicacitatis,& maledicentiæ crimẽ deteſtari ſoleret perſuaſionem illam tam firmis nixam radicibus ſuæ menti inhęſiſſe, vt ne Theologia quidem inſtructus,annoſq; triginta natus excutere à ſe religioſam formidinem potuerit,ſi quem vel ioco laceſsiſſet. Simulac enim verbum exciderat, in quo obtrectationis,irriſionisve leue aliquod ineſſet veſtigium, antiqua præceptoris admonitio veniebat in mentem,quę nec clàm, nec palàm alterius lædi exiſtimationem permittebat. Subiungam aliud mercenarij doctoris exemplum,ſed quid ego mercenarium dixi,cũ verus,ac diligens paſtor eſſet? conſueuerat ille ſeruatoris Chriſti tormenta, mortemq; acerbiſsimam ſæpe ſacro libro interpretari, ſed prę lacrymis, & gemitu homo pius interruptum ſermonem relinquere cogebatur. Tantę pietati præmium non defuit, habuit enim diſcipulos ſummi honoris, & qui plurimum ſeruiant publicis commodis. Hoc enim iam diu nos probare contendimus,nil eſſe videlicet,quod maiori cũ vſura reddatur,quã quod adoleſcentibus impenditur, in quibus velut fertili ſolo ſemina ſunt maximè fructuoſa.

Ma-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Magistros alteros esse parentes, eosque multo vtiliores. Cap. III.

ET si natura non patitur, vt qui semel in lucem editus, susceptusq; sit nascatur iterum; tamen cum magistris tradimur, parentibus reddi censendi sumus, vt partus vitia quodammodo corrigantur. Vt enim quæ artificum manibus fabricantur, ea cum vitiosiùs deformiùsq; effecta cernuntur, iterum ac sæpius vel suo reddi solent opifici, vel alteri polienda tradi: sic puerile ingenium genitoris, parentisq; socordia deprauatum præceptorum est solertię committendum, qui cùm parentum instar obtineant rursus eũdem fœtum quodammodo generabunt. Quare Aristoteles eius qui ciuitatem legibus constituere velit, primam curam esse oportere dixit in erudiendę iuuentutis ratione stabilięda: qua sublata, ingens caperet respublica detrimentum. Institutionem vero non priuatam, sed publicam esse idem Aristoteles vult; laudandosq; esse Lacedęmonios putat, qui publicũ pueritiæ, iuuentutisq; moderatorem creabãt, cui ciuium liberi omnes curæ essent, quemq; vt patrem intuerentur. Quid autem publicus li-

Politico. 6. cap. 1.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

literarum doctor domestico institutori præ-
Lib. 1. oratoria. institut. cap. 2. stet, Quintilianus docet, ipsaque melius hoc nobis experientia monstrat. Quid enim si diuites parentes sint, non molle, languidum, eneruatumq; puerilis educatio habet: quid si tenuiores non leue, abiectum, demissum, flagitiosum, & triste? Quamobrem institutoribus plurimum respublica debet, qui vmbratilis domesticęq; disciplinę, quę plęrumque vel improba, vel certè mãca est, præclari sunt emendatores, eorumq; labore ac diligentia innumerabiles parentum, & progenitorũ curæ subleuantur: id quod exempla, quæ sequũtur, aperient.

De Sancto Leandro.

S. Greg. li. 3. dialog. c. 31. PRæfari veniam nos oportebit, qui tam sero nostratem Leandrũ nominemus. Cui Hispania nostra pietatem synceramq; fidem refert acceptam. Is namq; Ermigildum & Ricaredum Arriani regis filios detinuit, ne in paterno errore versarentur. Tantumq; cum Ermigildo profecit, vt ad necem læto animo ferendam, quam illi sęuissimus parens attulit, suasor fuerit. Paulò pòst miserrimus filij tortor ad extremum vitæ deductus, cuius fidei

-il præsi-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

præſidium ſentire non meruit, eius dignitatem prædicauit, & Ricaredum ſuperſtitem ac regni ſucceſſorem Leandri tutelæ commiſit. Quo factum eſt, vt regis & Pontificis opera impietatem Hiſpania non dediſceret ſolùm, ſed etiam abiuraret. Nouus enim princeps totum ſe præſulis Leandri ſubiecit arbitrio: quo ſane exemplo monemur cognationi & ſanguini nimiùm non eſſe fidendum, quæ ſæpe nouerca fit, cuius tamen incommoda educatione compenſantur.

De quodam puero.

PVer quidam apud Platonem educatus cũ longo poſt tempore patri redditus eſſet, eumq; vociferantem audiuiſſet, rei inſolentiam admiratus, nil tale, inquit, apud Platonem vidi: Ex quo intelligi poteſt quid inter præceptorem, parentemq; interſit, alter enim vocem continuit, cuius exemplũ multi quos vnà docebat imitati vocem nullam altiorem, immodeſtioremq; vnquam profuderunt, Alter redeuntem ex officina modeſtiæ puerũ, in ipſo prope limine contentione immoderata vocis exterruit. *Seneca lib. de Ira.*

(c) 2007 Ministerio de Cultura

De Alexandro.

Stobæus. INterrogatus Alexander, vter ſibi charior eſſet, parens ne Philippus, an magiſter Ariſtoteles, de amore reſpondiſſe fertur nihil, dixiſſe tamen, ille quidem vt eſſemus fecit, hic vt boni eſſemus, parenti vitam, mentem debemus præceptori. Nil dici poterat acutius vt naturę, doctrinęque diſcrimen notaretur. Poſſent innumerabilia recenſeri ſiue noſtra, ſiue etiam aliena, ſed eſt breuitati conſulendum.

Docendæ iuuentutis labor reipublicæ vtiliſſimus eſt, ipſiſque præceptoribus ſummè glorioſus. Cap. IIII.

Diuinitat. 2. in Verrem. NVllum munus reipublicæ afferre maius, meliuſve poſſumus; (ait Tullius.) quàm ſi docemus, atque erudimus iuuentutem, ijs præſertim moribus, atque temporibus: quibus ita prolapſa eſt: vt omnium opibus refrenanda, atque coercenda ſit. Quid eſt (inquit idem) iucundius ſenectute ſtipata ſtudijs iuuentutis? an ne eas quidem vires ſenectuti relinquemus; vt adoleſcentulos doceat, inſtituat, & ad omne officij munus inſtruat? quo quidē opere quid eſſe poteſt præclarius? Ex

In Catone Maiore.

his

(c) 2007 Ministerio de Cultura

his planè locis intelligi poteſt, quàm ſit hoc regendæ pueritiæ non vtile ſolùm, quod fatẽ tur omnes, ſed etiam munus illuſtre . Nam quòd multi, qui de hominum vita bene mere ri ſe velle dictitant: ab hoc inſtituendæ iuuen tutis munere, quod eſſe vtile ſentiunt, vel lau dis cupidi, vel laboris metuentes ſoleant refu gere: deducendi mihi eſſe videntur ab erro- re, omniſq; illorum opinio ad eam ſpem tra- ducenda, vt exiſtiment gloriæ plurimum ſe aſſequi poſſe, docendique moleſtiam fructus magnitudine compenſari. Quæ ſi minùs ve- ra eſſent, nunquam grauiſsimi homines, & ſummo ingenio præditi, quiq; & concioni- bus populum tenere poſſent, & maximarum artium intelligentia gloriari: omnes ſuas cu- ras, & cogitationes in vnam iuuentutem do- cendam, iuuandam, & inſtruendam contuliſ ſent. Taceo antiquos Philoſophos, qui pue- rilem inſtitutionem & coluerunt, & multos ad ſimile ſtudium libris ſcriptis inuitarunt. Quid dicam de ſanctiſsimo, eruditiſsimoque Hieronymo? cui grauiſsima tractanti puella- rum quarundam inſtitutio pudori non fuit: quas vagientes adhuc, nutricumq; mammis inhærentes præceptis adiuuit, & legibus, vt do-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

docendi festinatione mali dæmonis ad nocẽ dum celeritatem, promptissimamq; audaciã præueniret. Prætereo nostri temporis quorundam non modo pietatem, sed etiam diligentiam in hoc eodem puerilis educationis argumento libris, voluminibusque testatam: quos non minùs hæc ipsa scripta nobilitant, quàm quæ de alijs quæstionibus ab ijsdem authoribus profecta in lucem exierũt. Sed quoniam exemplis, quæ viua quædam esse argumenta censentur, rem commodiùs effici, cõcludiq; arbitramur, ad eorum nos narrationẽ referamus, id quod in hoc opere constanter retinebimus.

De Diuo Paulo.

ECclesiæ diuinus ille præco, gentiumque doctor insignis Paulus gratum se vbiq;, beneficiorumq; memorem Gamalieli prębet magistro: à quo tamen Mosaicam legem, prisca sq; illas patrum cæremonias solùm didicerat. Magna enim institutori habenda gratia est, licet modica nos docuerit, modo sint proba: ipse namque opem nobis tulit, quam potuit.

Actuum 22.

De Philippo Macedonum rege.

Cùm

(c) 2007 Ministerio de Cultura

CVm primùm Philippo Macedonum regi filius natus est Alexander, ad Stagiritam Aristotelem literas Philippus misit, quibus non tam se lætari dixit genito Alexãdro: quàm quòd eum Aristotelis tempore nasci contigerit: cui quoniam ipsum erudiendum tradere instituerat, fore sperabat, vt tãti præceptoris industria cùm parẽte, tum magistro dignus euaderet. Itaque non sciẽtias solùm, sed prima etiam syllabarum rudimẽta doceri filium ab Aristotele voluit, glorioſumque Philosophorum princeps duxit, vel primis pene Alexandri vagitibus interesse, lactentisq; infantiæ curam suscipere.

Franciscus Senens. li. 8. de instit. reipub.

Hiero. in epi. ad Lætam.

De Paulo AEmilio.

AEmilius omni Macedonum gaza potitus nil attigit ex tam opulenta præda præter libros regios, quos liberis legendos, habendosq; permisit. Nil enim homini fortissimo, & abstinentissimo suorum filiorum institutione charius vnquam fuit. Verùm cùm libri mortui quidam magistri sint, doctoreq; viuo opus esse intelligeret, petijt ab Athenien sibus, vt ei probatissimum Philosophum mitterent, cui filios traderet. Illi Metrodorũ no-

Sabellicus li. 3. c. 2.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

bilissimum Philosophũ Paulo miserunt, beatumq; se putauit AEmilius tali reperto educatore filiorum. Metrodorum verò minimè pœnituit Athenis relictis, vbi in omnium esse oculis cœperat, in vnam AEmilij domum intromitti, adolescẽtumq; curam suscepisse.

Volateranus lib. 17.

De Apollodoro.

Sabellicus li. 10. c. 8.

GRammaticum Athenienſem Apollodorum vsque eo celebrauit antiquitas, vt ei amphyctiones totius Græciæ sanctissimum, grauissimumq; concilium honores decreuisse narrẽtur: quod nisi Hippocrati medico nemini antea contigerat: qui in depellẽda; abigendaq; pestilentia reipublicæ fuerat salutaris. Præclarè quidem Græciæ senatus pręmio æquali illos esse honestandos censuit, quorũ in re disimili, similis industria viguisset. Alter enim animorum morbos, ægritudinesque sancta iuuenum institutione sanauit, alter humana corpora ab imminenti exitio vindicauit.

De Lycone Troadensi.

TRoadensis Lycon, cuius supra meminimus, quemq; egregium educandæ iuuẽtutis magistrum fuisse diximus, Attalo, & Eumeni

meni magnis principibus charus imprimis fuit:quorum regiam magnificentiam,& liberalitatem, qua indies copiosior fiebat, & ditior,ne videretur vel aspernari, vel obliuiſci; Antiochi preces repudiauit, & promissa neglexit,à quo etiam ad amicitiam familiaremque consuetudinem vocabatur. Summa hęc authoritas,gratiaq; fuit, vt tres de vnius hominis,eiusque priuati reges amicitia contẽderent. Ea enim ætas bonarum artiũ magistros neque indigentia premi, neque vllis sinebat obliuionis tenebris obscurari.

Laertius li.5 de vitis Philosophorrm.

De Marco Antonio.

MArcus Antonius Gnipho comis, & liberalis in docendo fuit, non enim pactus est vnquam de mercede: rhetoricam cũ Grammatica cõuinxit.Sed de hoc aliàs,nunc quod instat,quodque in prẹsentia quẹrimus, huius Antonij scholam Marcus Cicero prẹtor intrauit,quantiq; functionem hanc æstimaret ostendit,est namque Grãmatica, puerorumque institutio res maximè glorioſa.

Suetonius de illustribus Grãmaticis.

De Orbilio.

HOratij præceptorẽ Orbilium qui quod acerbius in puniendo esset, plagosus est

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Ibidem.

nominatus(nollem hoc equidē, malus enim diuturni magiſter eſt metus officij)Beneuenti in patria ſtatua marmorea poſt mortē decorauit. Quod vero ex Diuo Chryſoſtomo ſumptum Anachoretæ cuiuſdam exemplū ad ſecundi capitis argumentum de ratione docendi, educandique pueros adiunximus: huc etiam pertinet:remq; hanc,& veram ſententiam valde confirmat.Non enim vir grauis, Chriſtianæque Philoſophiæ in ſolitudine cultor egregius ex loco auelli potuiſſet, niſi ſummam in adoleſcentis illius inſtitutione vtilitatē poſitam eſſe intelligeret,id quod rei probauit euentus.Itaque ſolitudinem,ſanctumq; otium vrbis celebritate, erudiendiq; vnum adoleſcentem honeſtiſsimo labore cō mutauit.

Parentum accuſatio, qui liberorum honeſtam educationem vel negligunt, vel, quod eſt multò ſceleſtius impediunt.

Cap. V.

EA rerum perturbatio eſt,atque peruerſitas:vt qui nobis vtiliores eſſe deberent, ij ſæpe noſtram perniciem machinentur.Bono enim animo(vt ait Seneca) à domeſticis ipſis no-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

nobis exitium, & peſtis comparatur. Sed in hoc illi grauius peccant, quibus vnicus eſt filius, quem quia perditè amant, obiurgare, ſeueriuſque tractare non audent; ipſaq; impunitas domeſtica publicam ſæpe animaduerſionem, atque adeò ſempiternam peperit. Vt enim Heli ſacerdotis liberos ſegniter increpantis ſupplicium, vtque Dauidis ad Ammonis filij inceſtum ſtuprum flagitioſiſsimamq; libidinẽ cõniuentis mœſtiſsimos luctus præteream: ipſa nos quotidianę calamitatis hiſtoria docet, quanta ſit, vel vitioſæ indulgentię, vel parentum in educandis liberis, magiſtroque tradendis negligentiæ culpa, quàm grauis, quàm funeſta. Sunt autem hoc noſtro tẽpore eo grauiùs, acerbiúſque parentes incuſandi, quo plura, melioráque indies honeſtæ educationis, religioſæque diſciplinæ perfugia conſtituuntur. Quòd ſi Chryſoſtomus nullam eſſe parentum excuſationẽ affirmat, qui filiorum neque linguam, neque mentem expoliunt eorumque innocentię non proſpiciunt poſt ſanctiſsimi Iobi exemplum, quem conſtat nullo authore, nulláque ſcripta lege, de filiorum ſalute fuiſſe ſolicitũ, & piaculares hoſtias, ſalutareſq; victimas vel pro incer-

Li. 3. contra vituperatores vitæ monaſticæ.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

tis eorum peccatis obtulisse: quid dicturum fuisse censebimus sanctum ecclesiæ doctorẽ, si in tanta præceptorum copia tantam quorundam ciuium in suis liberis erudiendis, ad magistrumque deducendis socordiam cerneret? Dicit, dicit sanè Chrysostomus ex cæ lesti sede eadem illa, quæ in libris scripta reliquit: maiori parentibus asinos esse curæ, quã filios, non enim pecudibus, iumentisque nostris temere quempiam præficimus, neque aut furi, aut ebrioso, aut insano bestias, quarum vsus nobis est necessarius, commendamus: ad filiorum verò ingenium excolendũ illo sumus pœdagogo contenti, quem casus obtulerit, cũ nil sit hac arte pręstãtius. Quare, vt sapienter admonet Tullius, dum habemus paruos liberos, & incertum est quã longa nostrum cuiusq; vita futura sit, consulere viui, ac prospicere debemus, vt illorum solitudo, & pueritia quàm firmissimo præsidio munita sit. Sed hæc à Sancto Spiritu in ecclesiastico melius, diuiniusq; dicuntur, qui docet filium suum in Zelum mittit inimicum, & in medio amicorum gloriabitur in illo. Mortuus est pater eius, & quasi non est mortuus, similẽ enim reliquit sibi post se. Equus indo-

Homil. 60. in Math.

Actione 3. in Verrem.

Cap. 30.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

indomitus euadit durus,&filius remiſſus eua dit præceps,lacta filium & pauẽtem te faciet: lude cum illo,& contriſtabit te. Non corrideas illi,ne doleas: & in nouiſsimo obſtupeſcent dentes tui.Non des illi poteſtatem in iuuentute,& ne deſpicias cogitatus illius. Doce filium tuum,& operare in illo, ne in turpitudinem illius offendas.libet hic cum parentibus loqui,illaque verba vſurpare quæ in Catechiſmo ſunt,quem Pius V.ſumma religione Pontifex effici iuſsit ex decreto Concilij Tridentini.quę quoniam grauitatem habent & elegantiam,noſtram hanc diſputationem non mediocriter illuſtrabunt. Quemadmodum diuina lege ſancitum eſt vt parentibus ſilij honorem habeant,vt pareant,vt obſequãtur;ſic parentum propria officia ſunt,atq; munera,vt ſanctiſsimis diſciplinis,ac moribus filios imbuant,ijſque optima dent viuẽdi præcepta,vt ad religionẽ inſtructi,& parati Deũ ſanctè inuiolateq; venerentur.quod à parentibus Suſannæ factum eſſe legimus.Itaque ſacerdos parentes commoneat,vt ſe liberis magiſtros præbeant virtutis,æquitatis,continentiæ,modeſtiæ,& ſanctitatis: triaq; præſertim declinent,in quibus ſæpe offendere conſue-

In expoſitione 4. præcepti decalogi prope finem.

Dan.15.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

uerunt. primùm ne quid acerbiùs in liberos aut loquantur, aut ſtatuant, quod Apoſtolus
Ad Collo. 3. in Epiſtola ad Colloſſenſes ita præcipit. Patres nolite ad indignationem prouocare filios veſtros, vt non puſillo animo fiant, nam periculum eſt nè fracto, abiectoq; animo ſint, dum omnia timent. Quare illud prȩcipiat, vt nimiam ſeueritatem effugiant, malintque liberos corrigere, quam vlciſci: deinde ſi qua culpa commiſſa eſt, cùm neceſſaria ſit caſtigatio, & obiurgatio, ne quid liberis per indulgẽtiam diſſolutè remittant. Sæpe enim filij parẽtum nimia lenitate, & facilitate deprauantur: quamobrem à diſſoluta indulgentia deter-
1. Reg. 4. reat exẽplo Heli ſummi ſacerdotis, qui quòd in liberos indulgentior fuerat maximo ſupplicio eſt affectus. poſtremò ne quod fœdiſſimum eſt, in filiorum educatione, ac doctrina præpoſtera conſilia ineant: etenim permulti in hac vna cogitatione, curaque verſantur vt opes, vt pecunias, vt lautum, & amplum patrimonium liberis relinquant: quos non ad religionem, non ad pietatem, non ad bonarũ artium diſciplinam, ſed ad auaritiam, & ad rẽ familiarem augendam cohortantur: nec de filiorum exiſtimatione, & ſalute ſunt ſoliciti,

dum-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

dummodo pecunioſi ſint,& prediuites: quo quid dici,aut cogitari turpius poteſt? ita fit vt ad illos non tam rerum copias,quàm ſua ſcelera,& flagitia transferant:quibus tandẽ non ad cælum,ſe duces præbent, ſed ad inferorũ ſupplicia ſempiterna. Sacerdos igitur optimis præceptis parentes inſtituat, eoſque ad To- *Tob.4.* biæ exemplum, ac ſimilem virtutem excitet: vt cum filios ad Dei cultum, & ſanctimoniá probè erudierint,ab ijs etiam amoris, & obſeruantiæ,& obſequij vberrimos fructus capiant. Hæc Catechiſmus. Nunc exempla parentum de filijs aut malè aut bene meritorũ apponenda ſunt,vtraq; enim tractatio huius capitis propria eſt.

De Spartanis.

LAcedæmoniorum pręclaram educandę, conformandęq; pueritiæ rationem, atq; ſolertiam aliò,atque aliò premere, & inculca re oportet exemplo: nil enim in hoc genere dicendum ſe offert,in quo non Sparta excelluiſſe videatur. Nam ſi puer à præceptore,vel alio caſtigatus ad parentem querelas deferret,turpe erat patri cęſum filium non iterum verberare. Hoc ſibi dictum exiſtiment minu- *Plutarchus in apophtheg ma.laconicis.*

(c) 2007 Ministerio de Cultura

tuli parentes, qui in magistrum seuerum, & grauem illud Plauti vsurpant.

Eho senex, ne attingas puerum ista causa.

Cùm illud potius ex eodẽ poeta dici ab ijs oporte
Cura, & concastiga hominem probè, (ret,
Qui dedecorat te, me, amicosq́; alios flagitijs
De ijsdem Spartanis. (suis.

CVm apud Lacedæmonios duo fratres di gladiarentur inter se, & pugnæ atrocioris licentia contenderent, iudices parentem, in quem culpa omnis discordiæ filiorum con ferebatur, quòd eos non puniuisset, liberis ne appellatis quidẽ, grauiter mulctauerũt. Pro-

Ibidem. iectæ enim iuuenum audaciæ, quam ætatis te meritas concitabat, minùs esse irascendum, quàm paternæ in sedandis filiorum inimicitijs socordiæ putauerunt.

De M. P. Catone.

Alex. ab Alexã. li. 2. c. 25

CAto ille, quẽ stulti Romani prope Deũ quendam existimarunt suorum liberorum præceptor, ob eamq́; rem parens iterum esse voluit. Zenobia item Palmyrensium Regina filios suos Herennianum, & Timolaum in Græcis, AEgyptijsq́; literis, quarum teste Pollione scientissima erat, diligenter erudi-

uit.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

uit. Horũ ſane, qui vel ipſi per ſe liberos ſuos optime docuerunt laudatio parentum quorundam pigritiæ repræhenſio eſt.

De quibuſdam fœminis.

NOn ſolùm mares, ſed etiam fœminas qui bene parentes inſtituunt habebunt glorioſas. vt enim Damã à patre Pythagora Aretamque ab Ariſtippo Cyrenaico parente inſtitutam præteream, quas fuiſſe perdoctas accepimus, certè Lœliæ eloquentiſsimæ fœminæ ſermo ex C. Lœlij parentis lingua fluxit: liciniarum lepos à patre L. Craſſo manauit: Muciæ duæ filiæ ab vtroque parente eloquentiã didicere. Quamuis enim non omnino aſſentiar Cleobuli ſententiæ, qui virgines doctas effici oportere cenſebat, neque Valentis Imperatoris factum omnino probem, qui vt Socrates author eſt filias ſuas in Grãmaticis eruditi voluit (eſt enim muliebri ſcientiæ coniũcta ſuperbia, flagitiorumque vicinitas immineat) tamen placere mihi non poteſt vt omnino ſint rudes, & in ſalutis rebus excordes. *Cicero in Bruto.* *Li. 4. hiſt. eccleſ. c. 9.*

De Horatij libertino patre.

INgenuus ex libertino patre Venuſinus ille Horatius exortus eſt, quem pater ad virtutis

(c) 2007 Ministerio de Cultura

tutis ſtudium non tam præceptis, quàm exẽplis, quæ multum ad mouendum valent, inci tabat. Cùm verò diſcendis literis puerum eſſe vidiſſet idoneum, Romam illum deduxit, nulliq; neq; labori, neq; ſumptui pepercit: id quod eiuſdem Horatij docti iam, & nobilita ti hæc carmina indicant.

Lib. 1. ſerm. Satyra 6.

Si neq; auaritiam, neq; ſordes, ac mala luſtra
Obijciet verè quiſquam mihi, purus, & inſons,
Vt me collaudem, ſi & viuo charus amicis:
Cauſa fuit pater his, qui macro pauper agello,
Noluit in Flaui ludum me mittere magni:
Quò pueri magnis è centurionibus orti
Læuo ſuſpenſi loculos, tabulamque lacerto
Ibant octones referentes idibus æra.
Sed puerũ eſt auſus Romam portare docendum
Artes, quas doceat quiuis eques, atq; ſenator
Semet prognatos, veſtem, ſeruoſq; ſequentes
In magno vt populo ſi quis vidiſſet, auita
Ex re præberi ſumptus mihi crederet illos.
Ipſe mihi cuſtos incorruptiſſimus omnes
Circum doctores aderat. Quid multa? pudicum,
Qui primus virtutis honor, ſeruauit ab omni
Nõ ſolum facto, verùm opprobrio quoq; turpi.

Im-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Improbi institutores arceantur.

Cap. VI.

NVlla capitalior peſtis eſſe reipublicæ poteſt, quàm ea, quæ ex pernicioſa naſcitur educatione: quo circa doctorum improborum ſcelus, atque portentũ in vltimas debet terras exportari. Cuius argumenti, quod notiſsimum ſit, breuis explicatio erit: à ſoliſque petetur exemplis. Nam teſtimonia in re non dubia quærere hominis videri poſſet ne quicquam otioſi. Exemplorum autem quãuis minor eſſe ſatietas ſoleat, tamen paucitas etiam hac ipſa in re, vt puto, delectabit.

De Camillo.

PRæclara Camilli virtus in illo maximè enituit ſeueritatis exemplo, quod præbuit cũ inſtitutorem Phaliſcæ iuuentutis proditione vtẽtem iuſta animaduerſione mulctauit. Nã vir ille, à quo Phaliſcorum liberi docebantur, gratificari cupiens Romanorum duci Camillo eam vrbem obſidẽti, diſcipulos omnes per pomærium emiſſos ad caſtra perduxit inimici: vt ea ratione Romanus Imperator victoriam nullo negotio adipiſceretur, & Phaliſcis quęcunque vellet, imperaret. At enim Camillus *Titus Liuius li. 5. Decadis 1.*

(c) 2007 Ministerio de Cultura

millus cui nil doloſum, perfidumque probabatur: deteſtari illum cœpit, qui nobiliũ puerorum tam prauus cuſtos extitiſſet: & ne tantùm ſcelus impunitum foret ligatis manibus nudũ præceptoris corpus à iuuenibus, quorũ molitus fuerat perniciem, iuſsit, verberari. Digna merces improbo fuit, perfidioſoq; magiſtro perſoluta, tot enim illi carnifices fuerũt, quot eſſent in republica orbitates, niſi Camilli generoſa mens tam ſapienter ſcelerati hominis audaciam retudiſſet.

De Quinto Cæcilio.

Suetonius de Grammat. il luſtribus.

QVintus Cæcilius Epirota omnium primus Latinè ex tempore diſputauit, primus Vergilium, qui tũc nouus Poëta erat, & alios carminum ſcriptores non admodum antiquos pueris interpretari cœpit. Cæterùm Grammatici huius nobilis, ingenioſiq; induſtria impedire non potuit, quominus à docẽdi munere remoueretur: quod filiæ Romani equitis, quam docebat, exiſtimaretur amator eſſe impudicus. Itaq; & munere, & ſtipendio priuatus ad Cornelium Gallum ſe contulit, quod tamen ipſi Gallo gloriæ non fuit. Grauiter enim Gallum Cæſar Auguſtus ob exceptum Cæcilium reprehendit.

De

(c) 2007 Ministerio de Cultura

De Quinto Rhemio.

RHemius, qui Palęmō cognominatus eſt, quanquam memoria rerum, facilitate ſermonis, poëmatumq́; præſtantia valeret, Grā-maticorumque princeps haberetur: tamen quòd libidinoſus eſſet, & impurus; Tiberio, & Claudio ſummis Imperatoribus probari nunquam potuit. Nulli enim minus, quàm Rhemio puerorum inſtitutionem committi debere prædicabant. Sed omnium horum capitum argumenta exemplis etiam illuſtrata in oratione continente perſequimur: illinc lector accipiat quæ deſiderantur, iam enim pro foribus aſtat ora tio non incorrupta. *Ibidem.*

DE

DE HONESTA EDVcatione, continẽs oratio, quam etiam Abulæ diximus Thema.

Adolescens iuxta viam suam etiam cùm senuerit, non recedet ab ea.

Prouerb.22.

NOuum fortassẽ videbitur alicui vestrum, viri admodùm illustres, vt, qui Latinã orationẽ fit dicturus, rhetorum morem non sequatur, ex quibus nemo vnquam aut loquendi initio thema præfixit, aut in sanctissimi Lucæ solennijs, scientiarũ encomio vel omisso, vel neglecto, inauditũ tractauit argumentum. Nam cum oratoris munus, officiumq; sit, non modò grauiter, & copiosẽ, verum etiam aptè, conuenienterque dicere, quid sibi hæc disparitas velle potest, vt, coram ijs, qui & ingenio, & autoritate, & generis splendore plurimùm valeant, ea dicãtur, quæ Christianæ sint in pulpitis concionis, non Romanæ pomeridianis horis eloquẽtiæ,

(c) 2007 Ministerio de Cultura

tiæ, Latinivé ſermonis de literarum laude ſu
ſcepti eo præſertim die, quo iuuenũ animos,
vti mos eſt, ad ſcientiarum ſequenda ſtudia
hortari, & inflammare deberemus. Sed tamẽ,
viri ornatiſsimi, cùm meum ſemper iudiciũ
fuerit, nil eſſe elegans, niſi quod pium, vide-
remq; Latinis orationibus perperam vti nõ-
nullos, quòd in ijs non audientium vtilitatẽ,
ſed ſuam quærerent vel gratiam, vel commẽ
dationem, quem etiam errorem, qui ſe do-
ctos haberi, cupiunt, auxerunt existimantes
à ſacris tantùm præconibus ea eſſe petenda,
quæ ad morum probitatem pertineant, hoc
autem orandi genus ad ſolam eorum, qui au
diunt, voluptatem, & ipſius dicentis oſtenta
tionem eſſe factum, grauiſsimo huic incom-
modo maturè ſuccurrẽdum putaui. Quò au-
tem id commodiùs ageretur, concionatores
ſacros imitari voluimus, qui, de qua ſint actu-
ri re in ipſo ſtatim declarant exordio, ſumpto
è ſacris voluminibus teſtimonio aliquo, in
quod, velut in ſcopum rationum ſuarum tela
iaculentur. Quàm autem ſit hoc rationi con
ueniens, nemo mediocriter doctus ignora-
bit. Quis enim tam erit excors, vt ſanctas ad
populum adhortationes non etiam Latio ſer

(c) 2007 Ministerio de Cultura

more haberi posse fateatur, quas olim viri sanctissimi, eruditissimiq; verbis Latinis vel scriptas posteris reliquerunt, vel etiam præsentibus lingua ipsa protulerũt? His accedit, relio-gioso viri sermonem vulgari dissimilem esse oportere, nilq; ab ijs, qui seriò loquantur, & invitia proclament, dissentire. Quod verò de liberalium artium commendatione obijci mihi poterat, quàm, vt initio præmetuli, silentio præteribo, leue est, nos enim quæstionem magis vtilem, & tempori accommodatiorẽ afferimus, quæ etiam scientiarum laudes, sed alio quodam modo recensebit. Dabimus itaque operam, vt nec, quæ in gymnasijs dicuntur, requirat aliquis, nec qui tẽplorum admonitionibus gaudeat, inanem orationem, sententijsq;, & fructu carentem à se esse auditã queratur, Iam verò, quid illud sit, de quo sumus locuturi, intellexisse vos, arbitror, ex illo Solomonis dicto, à quo exorsi fuimus. Mihi enim honestæ educationis laudes decantandæ sunt, deq; illius optima ratione differendum. In qua in re vtinam, quæ sentio, possem exprimere, futurum enim sperarem, vt multis consilij mutandi voluntas esset, & opus lõgè honestissimũ, quod cùm floruisset olim,

tamen

(c) 2007 Ministério de Cultura

tamẽ noſtra hac tempeſtate iacet in tenebris, nemo deſpiceret. Etenim quo ad longiſsimè mens mea reſpicit priſcorum ætates, præteriti temporis ſpatia, & annorum ſeriem infinitam inde vſque repetẽs, iuuenum inſtitutionem eſſe, reperio, quæ & damna mortalibus ferè omnia cùm improbè acta ſit, & emolumenta pepererit, ſi honeſtè ſuſcepta, & exercita eſſe reperiatur. Sed nec ſi mihi ea deſit indicendo facultas, quam rei poſcebat magnitudo, ſubter fugiendus labor eſt, quo ſi cætera minùs poſsim, certè, vt de iuuenibus bene-mereri cupijſſe videar, quos parentibus valdè commendatos eſſe voluerim, aſſecuturum me eſſe, certò ſcio. Non tanta noſtra eſſe poterit vel ruditas, vel infantia, vt ex ea deprehendi non poſsit, placere nobis vigilem curã erga pueros adhiberi, qua detracta, ipſum etiã parentum nomen neceſſe eſt tolli, penituſq; deleri. Etenim ſi quibus cæcitas vel caſu contigit, vel eam ipſa naſcendi infelicitas tribuit, alter eius illi egent adminiculo, vt regantur, quis erit ita amens, vt ætatem ignaram conſiliorum, & quaſi lumine orbatam deſtituendam putet? Deinde ſi rectore opus eſſe, clarũ relinquitur, ad quẽ potiſsimùm ea cura perti-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

nebit, nisi ad eum, à quo is, qui educandus sit, vitam acceperit? Quod tamen munus tam segniter à quibusdam administratur, vt si nulla inter se qui genuerit, & qui genitus sit cognatione cohærerent. Mihi quidem animorum vim, præstantiam, & naturam intuenti grauissima quędam aduersus homines occurrit querela, qui filiorum corpora quàm diligentissimè curent, animorum aut non habita, aut etiam ratione despecta. Magno in errore nostræ ætatis versantur homines, à quibus id vnum prouidetur, quid liberi comedant, quas vestes induant, quàm lautè viuant, quę domicilia habeãt, qua arte, qua industria, quóue patrimonio fidere debeant: Sed quid expetere, quid fugere illos oporteat, vt bene, beateq; viuãt, & ex illorum numero esse possint, qui sancti, & pij habiti sunt, nunquàm à patribus admonentur. Filium nominare audes, cuius tu mores minimè instruis? cuius linguam non conformas? quem incultum esse finis? quem pecudũ ritu voluptatibus se dedere, ocio, & desidia languere permittis? Scio dicturum mihi te, curare sedulò, vt nõ modo filij, verumetiam domestici omnes morum ciuilitate sint præditi, comesq; sint & vrbani,

Quæ

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Quæ ſi ſatis eſſe putas, vt peruigil inſtitutor habeare, vehementer erras: nam educationis ratio ad omnia ferè extenditur, quæ in vita exercentur: verùm iſta ſalutandi, & cum amicis colloquendi regula exiguis ſanè finibus continetur. Neſcio, quæ praua irrepſit hominum mentibus opinio, vt credant, præclarè cum illo actum, nilq́; præterea eſſe expetendũ, qui probè didicerit linguæ facilitate vti, & grauiſsimam (ſic enim appellant) infantiæ ignominiam effugere, itaq; ſi obtumeſcere non nunquam accidat, &, cum ſermones vltrò, citroque habentur, minus acutè dicere, quamuis optima illi ſit mens, cui verbum exciderit, tamen malè educationis infamiam ſubit, & ab omnibus irridetur. Ego quidem ſic ſtatuo, ad laudem honeſtæ educationis pertinere, ſi iuuenis commodè loquatur, & pudicè, ſi ingenioſẽ ad ipſius, qui loquitur, acumẽ à natura tributum. Pellantur ergo ineptię penè aniles exiſtimantium hominum probè illum educari, quem pædagogus, vt ſit comeſturus, edoceat, potaturus, cum hominibus reuerentia dignis locuturus, quomodo currat, ambulet, ludat, & ſiqua deſunt corporis officia, quæ aulici formatores diligenter ob-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

seruant, suisq; alumnis agenda præscribunt. Exposci hæc quidem debere à bene morato iuuene, si cum delectu fiant, & modo, nõ inficior, nunc tanta est in hoc genere superstitio, vt si priscas illas gentium cæremonias, sacrorumq; ritus, & ridiculos, & nefarios initiatus disceret, in quibus vel leuiter delinquere facinus esse censebatur. Magna me tenet admiratio stultissimæ curæ in parum magnifico, splendidoq; labore, quem tamen, qui primarij sunt etiã apud nos, inexpiabili religione sanxerunt. Volunt itaque filijs curæ esse, quam præ se ferant oris decentiam, quo vultu quenq; alloquantur, quos motus corporis ostendant ex scænico artificio delibatos: quo tandem sint animo, non magnopere contendunt. Atq; vtinam ne illis gratum esset interdum, ducerentq; honorificum, mulierũ amoribus filios implicari, quas si solicitẽt clausas, si violent puras, si contaminent egregias, si perdant honestas, laudi tribuunt, modò illa adsit in expugnanda virgine tentandi nobilitas, quam ipsi verè ingenuam, atque adeò regalem esse, confitentur. Optimè institutum esse illum, palatini omnes affirmant, qui dignitatis retinẽdæ gratia leges, & iura peruertat,

(c) 2007 Ministerio de Cultura

tat, amicis in re etiam turpi faueat, inimicos vlciſcatur, ac perdat, in puellarum colloquijs iocos inſerat ingenioſè petulantes. O tempora? ô mores? ô magna peruerſitas? vbinam gẽtium ſumus? quam Remp. Chriſtianam habemus? quis autor commenti huius; & opinionis longè profligatiſsimæ? ille demum ex filijs paréti multò eſt chariſsimus, qui ingenio ſit ad dolos fabricandos idoneo. Summum exiſtimatur eſſe flagitium, vt puer, cùm mensæ accumbit, emũctis non ſit naribus, vtramque buccam impleat, cibũ inhoneſtè capiat, digitos omnes patinæ immergat, illota facie, incompoſito calceo, foras exeat: vtrùm caſtè viuat, nec curat parens, nec, ſi filium probitati deditum animaduertat, omnino laudat: tolerabileq; eſſet hoc ipſum, niſi vitio verteret ſæpe numerò religioſis factis filium ſtudere. Iá ergo me vobis, mortales indicabo, & per vtili de quodam inſtituendi pueros genere confitebor. Mihi illa ſummoperè probatur. erudiendæ iuuentutis ratio, quæ & literas, & honeſtatem comprehendit, quam qui tenuerunt, ſummi habiti ſunt, qua qui caruerunt, nil laude, nil gloria, nil immortalitate dignũ effecerunt. Tales nos natura genuit, vt rarò à

(c) 2007 Ministerio de Cultura

primis illis legibus,& institutis,in quibus nostra tenera ætas sit exercita,discrepemus. Vt enim fundamẽtorum firmitas quandã affert ædificij perpetuitatem, quæ nec vento corruat,nec pluuiæ magnitudine soluatur, nec temporum iniuria concidat, nec hostium vi labefactari queat:ita propè modum adolescẽtiæ semina,si bona sint,fructus afferunt in senecta vberrimos,quos ne in morte quidẽ sit vir sapiens amissurus. Vulgò perhibent,æterna illa esse, siue improba, siue honesta fuerint,quæ teneris animis imprimuntur. Vnde fit vt qui in pueritia bonum lac suxerit, gladiatoriam penè firmitatem obtineat. Contrà verò, si nutrix infanti cótaminata det vbera, offensam, ac debilem alumni valetudinem reliquo pòst tempore esse oportebit. Eius, qui doctrina excolitur in ipso vitæ principio, qui salubri monentis voce corrigitur, quæ potest esse incommoditas, quæ illi post tam auspicatum initium calamitas impendebit? Hæc iuuenum alendorũ norma pollicetur, facturam se,vt nullos casus discipulus formidet aduersos,omnia humana infra se posita arbitretur, nil in vita præter culpá extimescat, Deum vehementer amet,felicitatem,& beatitu-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

titudinem ſola virtute metiatur . Agnoſcis vocem vllam hac ipſa magnificẽtiorem? promiſſum vberius? palmam digniorem, de qua contendere etiam cum vitæ periculo debeamus? Diſcit adoleſcẽs in literario ludo (ſi modò magiſter probus eſt) quanti faciendus ſit pudor, quæ ſit verecundiæ laus, quanta digni tas abſtinentiæ, quàm lætabile, & glorioſum non committere, vt nos noſtra conſcientia reprehendat, ſed ita viuere, vt inſtante mortis hora læti, & alacres ex hac vita commigremus . Hæc ita ſunt præclara, vt ſola nos recreet, ac demulceat ipſorum commemoratio: pueri verò ex magiſtri ore illa vehementiùs admirantur. Qui ſi laudabilem agat vitã tantùm apud illos orando proficiet, quos inſtitutione deuinctos tenet, vt facilè, quoquò velit, pertrahat . Quod ſi oratio vitæ repugnat, & ſolo imperio gregi ſe profuturũ magiſter credit, ab incepto deſiſtat, cùm falſitas latere diu iuuenes non poſsit: quorum vſque eò calliditas excreuit, vt nullos magis cauere oporteat. Illum ego præceptorem ab optimis viris ſemper probari, ſenſi, qui & cùm videtur, & cùm auditur, prodeſt audientibus. Putem quidem illos deberet, quorum factis ſer-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

mo dissentit, cùm seruatorem nostrum Christum & docuisse, & imprimis fecisse, cognouerint. Nam quod de Alexandro Macedonum rege, quod de Annibale, quod de Iulio Cæsare, quod de Seuero Imperatore ex historijs didicerunt, ad suum, & illorum, quos eruditunt commodum referre debuissent: quibus fidelissimos fuisse milites, libri asserunt, quòd duces omnia primi facerent, ad quæ vellent pugnatores suos inuitare. Quin etiã qui togati olim Rempub. administrarunt, nil populare magis bonitate, censebãt, nullumque fortius edictum ad plebem coërcendam putabant, quàm si nil eorum violarent, quę à ciuibus postulabant. Quæ illius non imprudentia est solùm, verùm etiam insanissima insania, vt cùm vino, lustris, aleis det operam, suos vel filios, vel discipulos continentes esse, compellat? Atqui necessarium est vnum de duobus, vt vel impudica apertè permittat, vel frustrà contendat, si ea ab illis petat, quæ ipse minimè efficiat. Reprehendendi etiam mihi sunt pręceptores optimi illi quidem, sed non satis mansueti. Arbitrãtur enim, strenuè sese gerere, si terrori sint puerulis, si minis illos frangant, ac debilitẽt potiùs, quàm advir-

tu-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

tutem beneuolo ſermone incitent. Quo in genere ſæpiſsimè peccatur ab imperitis homuncionibus, qui, cùm moribus ſint difficillimis, ſuæ acerbitatis virus euomunt, apud m ſeram ætatem, quę ſe ſolis gemitibus tueri eſi ſolita. Huic tamen ſeueritati venia danda eſt, ſi magiſter graue aliquod ſcelus vindicet, quod, vt rarum, ſic eſt ſeuerè puniẽdum. Eã animaduerſionem ſapientes viri ſemper amauerunt, quæ & omni vacat animi perturbatione, &, delicti conſiderata magnitudine, illius, in quem eſt caſtigatio, commodũ intuetur. Quid? Quod etiam qui punitur; pœnam laudat, quã, videt, nõ tam ſibi, quàm flagitio imponi. Nõ enim ſic vecordes pueri ſunt, vt ea, neſciãt, recte fieri, quæ ex moderato quodam iudicio proficiſcantur. Illius autem diſciplinæ quis ſe dedat, à quo vt nulla ſperatur erroris impunitas, ſic obſtrenuè facta nulla ſit merces obtinenda? Quid magis iniquum, quàm errantes compeſcere, eos autem qui benè honeſteq; viuant, nullis præmijs decorare? Atqui præmio, & pœna, vt Plato exiſtimat, bene ordinata Reſp. cõtinetur. Sit ergo probè ſtabilitum, & fixum, ad ſcientiæ, & probitatis amorem in pueris excitãdum valere plu

ri-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

rimùm solertem curam Christiani hominis, eruditiq́ue præceptoris: qui beneuolè paruulos educet, petulantiores haud iniquè puniat, diligenter ignaros erudiat, studiosè acutos promoueat, prudenter in domitos regat, gestientes astutè comprimat, timidiores animosè erigat, fractæ spei qui sunt, opinione leuet, tristes amicè consoletur, sedulos iustè collaudet, pigros liberè increpet, mendaces clarè detegat, perfugas solicitè quærat, dissipatos celeriter congreget, pernicioſos maturè separet, obstinatos facũdè mitiget, vafros optimè agnoscat, temerè suspicantes, suis optimis factis anteuertat. Hæc qui fecerit, ex raro, & penè diuino hominum genere cẽseri debet: hic & si senex moriatur, tamen propter muneris necessitatem videbitur omninò mori non debuisse: huic debebit Resp. quidquid sit boni consecuta. Forum, res bellica, pax, ociũ, templa, fides, virtus, aræ, religio, sanctitas, penates, domicilia, iura, leges, consilia, plebiscita, coniugia, cælibatus, castitas, pudor, integritas, amicitiæ, pacta, conuenta ex huius vnius anima pendebunt, vitaq́ue veluti columna fulcientur. Boni institutoris opera prouideri solet, ne stupra in Rep. fiant, adulteria, cædes,

(c) 2007 Ministerio de Cultura

des,rapinæ,incendia,& quæ mala ſolent à iu uenibus perpetrari.Saxa vſu atteruntur, beſtiæ ſępe immanes cantu flectuntur,atque cõ ſiſtunt,ex quibus non paucæ cicures fiunt,ac domeſticæ,& de tenera iuuenum ætate,quæ rationis eſt particeps,dubitabimus? An verò antiqui homines altrices illas Athenas tantoperè prædicauerunt , vt nil illa eadem vrbe præſtãtius ducerẽt,in qua tamẽ inane quoddam philoſophiæ ſtudiũ colebatur:nos Chriſtiani hominis inſtitutorem veræ felicitatis indicem,ſummiq; gaudij expoſitorem negli gemus? Certè quidem maximi illius ingenij, quod fuit in multis, ſummæ laudis, quam ij pepererunt,qui vel rebus geſtis, vel literarũ monumentis,vel pietatis nomine claruerũt, fructum imprimis ſuo iure is repetit, qui autor,& princeps ad ea ingredienda ſtudia fuerit . Debet Mardocheo nutricio Regina Eſther ſummum illum,quẽ fuit adepta,principatum.Diuus Chryſoſtomus, cùm de Machabæorum ſeptem fratrum parente loqueretur(qui omnes,vt ſacra refert pagina, dum auitis legibus obtemperant,animã inter grauiſsimos cruciatus efflauerunt, ad fortiter dimicandum matre ſemper hortante)maternũ affectum

affectum non partu, sed educatione dixit esse metiendum. Quis, rogo, in nutricios amore non exardescet, quos vel ipsis parentibus sanctiores experimur? Nam, vt ex optimis autoribus didici, Vitus incredibili sanctitate puer in martyrio, quod adolescens admodũ ob Christi nomen pertulit, Modestum alitorem, & Crescentiam ipsius Modesti coniugẽ habuit comites, cùm interim pater, qui Vitũ procreauerat, in vanissimo idolorum cultu non modo permaneret ipse, verùm etiam filium retinere conaretur. Patris temeritas supplicio non caruit, nec enim multò pòst in cæcitatem deuenit: vt facilè appareat, gratiores esse Deo interdum, à quibus alamur, quàm ex quibus oriamur. Quid de Nazario pueri Celsi nutritore, quid de concordia Hyppoliti nutrice, Quid de Protho Cancij, & Cancciani pædagogo referam? qui omnes, vnà cũ ijs, quos educauerant, mortem pro Christo subierunt. Non tot olim armati milites ex equo Troiano prodierunt, quot monachos in Thebaide, in AEgypto, in Palæstina vidit antiquitas vnius rectoris iussis obedientes. Et carnis coniugijs inuidebimus? cùm spirituales nuptias tam latè propagatas videamus?

Quis

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Quis naturalis parens tanta ſe vnquam vidit prole felicem? Dicet aliquis forſan, Quid? omnes, qui ex egregia, & præclara vita magnam ſunt laudem aſſecuti, literíſne eruditi fuerũt, aut iſtos, quibus tantùm tribuis, morum, & linguæ conformatores habuerunt? Temerarium quidem eſſet, iſthuc de omnibus aſſerere: ſed tamen certum eſt, quid reſpondeam. Ego prodigio penè par eſſe exiſtimo, vt, qui nullum ducem, admonitoremq; fortitus ſit, ad magna perueniat: quòd ſi demus, nonnullos ſponte inſignes euaſiſſe, ſola egregia ſua natura duce, vel illis opitulãte numine, quoniam priuato id fauore contigit, pro lege haberi non debet. Nos enim, communem, & publicam viam compendijs incertis ducimus eſſe tutiorem. Durum etiam exiſtimabit quiſpiam, vt cum honeſta educatione literarum ſtudia copulemus: ego tamen ſic ſentio, virtutem ſine doctrina, quàm doctrinã ſine virtute præſtare: multiſq; in minus docta probitate ad ſuas res obeũdas, animiq; ſalutem adipiſcendam ſatis præſidij fuiſſe: verùm vbi adhortis eximium candorem, & virtutum choros ſplendidos quædam acceſsit ratio, conformatioq; doctrinæ, tũ ſingulare illud, ac præcla-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

clarum, nescio, quo nomine satis explicem, oboritur, quo nil meliùs, nil absolutiùs in vita reperitur. Ex hoc numero nostræ fidei primi illi disseminatores fuerunt, quibus donata cælitùs sapientia est, vt nos illorum exemplo si non infusam (quia id vitæ non patitur indignitas) at labore partam ad explenda Christianæ pietatis officia necessariam esse scientiam arbitremur. Ex hoc genere, Hieronymos, Augustinos, Gregorios, Chrysostomos, Nazianzenos, Hilarios, Damascenos, Cyrillos, Cyprianos, Basilios, Aquinates, innumerabilesq; alios esse censemus. Tales Iesu Societas, quos ab infantia nullo stipendio erudit, fieri cupit, vt, cùm probi fuerint, etiam literarum studia complectantur, nè, si tantùm literas norint, in superbiæ vitium incidant, quod rarò à peritis hominibus seiungitur, vbi doctrina sola est, aut, si nil didicerint, proba sua ignoratione nil reliquis commodare, & prodesse valeant. Venio nunc ad testimonia, quæ sunt ferè innumerabilia. Et, vt à sacris literis incipiamus, à quibus veritas petenda est, quis nescit, sanctissimo Paulo eas viduas probari, & Euangelicis præfici muneribus, quæ honestè liberos educarint? Quantus honor nu-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

nutricationi habendus sit, Geneseos, & originum diuinus ille liber clarè demõstrat, qui non semel Deboram Rebecæ alumnam commemorat, quam etiam magnificè sepultam, & mœstissimè lamentatam videtur indicare: nam quercum fletus sepulturæ locum appellatum fuisse, dicit. Ergo illi, quæ corporis culam gesserat, quæ lacte nutriuerat Abrahamiarum, tantùm detulit antiquitas, vt monumentis, ac titulis decorandã, posteritatis memoria consecrandam censeret, cùm præsertim historiæ autor ipse sit Sãctus spiritus: nos magistros morum, qui ea nos docent, quæ perire nunquam possint, in tenebris iacere patiemur? Romanis illis matronis tanta olim in alẽdis suis infantibus cura fuit, vt eos non nisi à Lacænis nutriri permitterent; cùm tamẽ defolis corporis viribus ageretur, quas magni æstimandas nemo mediocriter sapiens iudicat, & tu filio præceptorem, qui primus occurrerit, adhibebis? Meritò Cratesille Thebanus, vbi in altissimam vrbis partem conscendisset, clamaturum se, aiebat, magnam mortalibus esse vecordiam, qui ingentem pecuniarum summam auidissimè colligerent, & filiorum, quibus illa parabant, curam nullam

 susci-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

fuſciperent. Plutarchus, homines illos, qui liberos fortunæ bonis locupletant, & honeſtis moribus non imbuunt, ſimiles eſſe, cenſet, vt ſi qui, magnam calceorum ſedulitatem habeant, cum interim pedem ipſum paruipendant. Egregia ſanè vox, & tali viro digna: à qua non multùm abhorret Ariſtippi Philoſophi acutiſsimi dictum: nam cùm ex eo vir quæreret, quanti eſſet docturus filium, reſpõdiſſe fertur, mille drachmis: tum parẽs admiratus ingentem ſummam. Tãti, inquit, ſeruũ mercabor: cui Ariſtippus, Et quidem habebis duos, & quem genuiſti, & quem precio comparabis. Præclarè Ariſtippus, nam incultum hominem ſeruo peiorem dixerim. Quę enim miſerabilior ſeruitus, quàm voluptatis imperio ſubijci? quod tormentum acerbius, quàm libidinum facibus inflammari? quæ maior calamitas, quàm ægritudinibus exedi? quis dolor magis crudelis, quàm eius, qui alienæ inuidet felicitati? quid tam ſæuum, quàm propter auaritiam à neceſſarijs cibis abſtinere? His tamen incommodis ſapiens omninò liber eſt: huius autem in virtute conſtantię firmiſsima iacit probus inſtitutor fundamenta. Ad illius enim ſe normam puer componit, arripere, hau-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

haurire, exprimere docentis verba, dicta, con
silia, voces, gestus, ipsosque corporis motus
conatur, tales enim nos natura instituit, vt ex
magistri ore pendeamus, & ad ipsius nos non
modò voluntatem, verùm etiam nutum cõ-
uertamus. Qui si bonus fuerit, vberrimũ fru-
ctum ex alumnis reportabit: sin minùs, credat
se pestẽ omnium capitalissimã afferre Reip.
Non enim tantùm prodesse vir optimus po-
test, quantùm nocere, qui pessimus. Etenim
contagio latè serpit, & diffunditur; at virtus
tardissimè colitur, quàm sudore, & difficulta
te ingenti parari, non fabulosè vt pleraq; poë
ticis versibus decantatur: Sophista Libanius
Imperatorem Iulianum, quem vulgo apostа
tam dicimus, Christianæ fidei defectorem fe
cit, eo enim in adolescentia Iulianus vsus fue
rat non præceptore, sed morum corruptore.
Votiuo, & solenni carmine precandum esset
ab immortali Deo, ne, iuuentutem ab impro
bis hominibus regi patiatur. Quod si acciде-
ret, nec staret religio, nec virginum flos diu
permaneret, nec maleficia deessent, nec ti-
mor legum duraret, nec virtuti locus relin-
queretur, nec senilis prudentia contra iuue-
nilem temeritatem quicquam posset, nec de-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

niq; sine rerum omnium perturbatione viue remus. Timenda esset macula eius non dissimilis, quæ iam (prôh dolor) insedit, atque inueterauit in Christiano nomine ex Lutherana impuritate suscepta, cui iam annos propè sexaginta per septentrionem grassanti, & ita grassanti, vt etiam Hispanum fulgorem obscurare auderet, occurrere pia quædam familia, quantùm in ipsa positum est, contendit, atque elaborat. Quo autem id commodiùs assequatur, ab ipsis ferè incunabulis infantes erudit: quos imprimis in vera pietate stabilié dos curat, vt ea ratione nobilissimis nationibus, quæ ruunt ad interitum, consulatur. Et enim proba institutio tutum est domicilium puritatis, quare Atheniensis Phocion cum filij intemperantiam domestica disciplina refrenare se posse diffideret, Lacedæmonem misit instituendum, vt ab optimis magistris, frugalissimisque adolescentibus continens esse disceret. Vt facilè intelligi possit, nascendi iura societatis, & communionis vinculis cedere, maiorem que esse vim consuetudinis, quàm partus, illosque efficacissimos esse parentes, apud quos, qui alienigena sit, diutissimè commoretur. Grauissima impendet vltio iuuenes

malè

mare instituentibus, nam cùm autores ad ma
leficia fuerint, & sua, & aliorum culpa puni
tur. Quod minimè, ignorabat Cynicus ille
Diogenes seriò facetus, qui cùm vidisset ado
lescentulum lasciuientem, ipsius pædagogũ
baculo percussit incusans, quòd pessimè ab il
lo puer doceretur. Crates etiam, viso indocto
puerulo, eius præceptorem scipione pulsauit,
& dicto repræhendit sentiens, primæ ætatis
informatoribus attribuendum esse, vt pueri
malè viuant, ineptiq; sint. Romanorum lex
fuit, vt, si filius familiâs aliquod flagitiũ mor-
te dignum iam tertiò perpetrasset, occidere-
tur quidem ipse, pater verò in exilium mitte-
retur tanquam malæ educationis reus: existi-
mabant enim, fieri non posse, vt in iuuenibus
maleficia inuenirentur, nisi pater negligens
fuisset. Contrà verò quæ digna laus esse po-
test, eius, qui hoc munere probè fungatur?
Quàm multos sua dicacitate pupugit Martia
lis? hic tamen, cùm de Quintiliano loquere-
tur, virum magnificè extulit, quem iuuentæ
moderatorem, & Rom. Togæ gloriam appel
lauit: & verè, nisi enim tam consummatus iu-
uenilis ætatis doctor affuisset, idẽ hostis, qui
ciuitatis omnium amplissimæ diuitias rapue-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

rat, nomen etiam obscurasset. Magnũ equidem censeo, maledicentissimo poëtæ hanc iuuenum institutionem tam probatam, & charam fuisse, cuius tanta dignitas est, vt ne improbi quidẽ de illa tacere potuerint. Nec verò, vt in fabulis est, tantùm roboris, & viriũ corporis habere Achilles potuisset, nisi Chyronis, à quo fuerat educatus, solertia effectũ esset, ne iuuenis in luxu, & desidia, quæ duo animos vehementer effœminant, primã ætatem traduceret. In omni ferè Græcia lege cauebatur, vt pueris, cùm primùm adolescerẽt, studiorum magistri præficerentur: quòd si parens eam curam negligeret, in senecta, quo tẽpore necessaria ad victum deesse solẽt, à liberis sustentari, aliq; prohibebatur. Dura hæc quidem talionis lex, quæ parẽtes violat, à qua multùm abhorret Christiana pietas, eius tamen idcirco mentionem feci, vt explicarem, quid Athenienses, quos illa ætas sapientissimos habuit, de nostra educatione sentirent, quam etiam plebiscito tali firmandam cẽsuerunt. Apud nostros Iberos Sertorius omniũ primus peritis hominibus stipendia de publico dari fecit. Nunquam satis laudabitur Traiani factum, qui adolescentum ex omni imperio

(c) 2007 Ministerio de Cultura

rio ſelectiſsimorum quinque millia publicè ali,& parentis affectu honeſtis diſciplinis edu cari voluit.Quod planè opus Rom.Reip.vti-lius fuit,quam bellica eiuſdem principis indu ſtria in dilatandis Imperij finibus occupata. Etenim ſuperius illud viuis expoliendis ima-ginibus inſiſtebat,hoc verò terræ, & agrorũ amplitudine,quæ ſumma eſt anguſtia,claude batur. Quid Cretenſes? apud quos pueri le-ges,hymnos,res geſtas clarorum ducum mo dulatis vocibus memoriæ mandabant, quem laborem maxima conſequebatur vtilitas: nã pueri illorum,quæ addiſcebant,capti dulce-dine,excitati magnitudine,accenſi gloria ad ſimilia properabant: taleſque eſſe cupiebant, quales illi fuerunt,quos ipſi cantitabant. Sed quid opus eſt verbis in re non dubia? Iam ſen tentias antiquorum,dicta ſapientium, exem-pla priſcorum magnoperè nõ deſidero. Nu-per enim œcumenica Synodus, Tridentinuſ-que conuentus,quanta ſit honeſtę educatio-nis vis, apertiſsimè declarauit: in ſingulis enim ciuitatibus domos conſtitui,iuſsit, vbi literas,& virtutem pueri diſcant, conuenien ti cibo nutriantur, vnoquoque menſe con-ſcientiæ latebras ſacerdoti aperiant, & cùm

(c) 2007 Ministerio de Cultura

illi visum fuerit, sanctissimam Eucharistiam percipiant, nil mẽtiantur, nil delinquant, demum ita se gerant, vt in adulta ætate fideles Ecclesiæ ministri esse possint, sitque collegiũ illud veluti seminarium quoddam militum exercitatissimorum, vt nullos hostiles impetus Ecclesia militans reformidet. Vtinam tẽpus illud adesset, quo legiones ad gerandam cùm vitijs pugnam explicari videamus equitum, peditũque, quibus nec dimicandi vsus, nec laborum tolerantia, nec in ducem Christum fidelitas, nec mortis contemptus desit. Videbant sanctissimi patres nullam commodiorem esse rationem & Christiano gregi prouidendi, & lasciuam ætatem à voluptatibus retrahẽdi, quàm si pædagogo ab ipsa infantia pueri traderentur, cuius absentia effectum est, vt Christiani viri in ingentes calamitates deuenirent, ægrè reperto vno, qui animarum curam sanctè sollicitèq; vt par erat, gereret, qui uitæ honestæ exemplo reliquos ad virtutẽ inuitaret: qui doctrina prodesset: qui consilio iuuaret: qui animis ægritudine affectis subueniret. Quòd si res ad exitum perducitur, &, quod de seminario solertissima prouisum est lege, consummatum vide-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

rimus opere (quanquam, heu me, nil Hiſpani magis in obliuione poſuerunt, meliuſq; ſe gerunt hoc in negocio nationes exteræ) nõ dubito, quin magna, virtutis, religionis, pacis, vtiliſsimæq; eruditionis facienda ſit acceſsio: & parenti Eccleſiæ priſtinum illum candorem, quo fuit, cùm inciperet, reſtitutum, viſuri ſumus. Finis iam ſit, vltrà enim, quò progrediar, non habeo poſt tam mirabile, auguſtúque Spiritus ſancti decretum. Cuius poſt hac tanta erit dementia, vt laborem educandæ iuuentutis aut tenuem ex fructus inopia, aut cõtemnendum ex muneris ignobilitate, aut moleſtum ex iuuenum petulantia iudicet, cum vtilem illum, honorificum, ſuauemq;, ijs præſertim, quos Deus inflammat, & ad bene merendum de matre Eccleſia incitat, eſſe monſtrarimus, Sit, rogo, ſanctum hoc inſtitutionis nomen, officiumq;, quod nulla vnquàm barbaria violauit: quod qui maximi olim habiti ſunt, aut exercuerunt ipſi, aut illo munere fungentes, & ſummis affectibus amauerunt, & maximis muneribus ornauerũt: quod ampliſsimus Tridentinus Senatus labenti Eccleſiæ opportunum eſſe remedium, & præterea nullum iudicauit; quod amauit Auguſti nus:

(c) 2007 Ministerio de Cultura

nus:quo exultauit Origenes: quod monachi grauiſsimi,& eruditiſsimi,vti ex Beda didicimus,quondam amplexi ſunt:quod religioſis præsbyteris multa olim patrum concilia cõmiſerunt,utq; pueros gratis erudirent, iuſſerunt,id,quod Conſtantinopolitana ſexta Synodus,& Maguntina quædam apertè indicant:quod optimus ille Caſsiodorus tantùm dilexit, vt Rauennæ iuuentutis altricem academiam inſtituerit,illamq; monachis ſanctiſsimis,& doctiſsimis crediderit;quo nuper religioſa quædam familia gloriatur, illudque ſuis reliquis functionibus anteponit : quod denique in hominum vita probitatis radices agit altiſsimas.Me quidem vtiliſsimi negotij nunquam pudebit,qui tot annos ita viuo, vt ab illorum, qui in literis verſantur, inſtitutione nullo me vnquàm tẽpore retraxerim. Præſtet vtinam immortalis Deus,vt,qui literis dant operam,diſiecta erroris nebula, veritatis lucem aſpiciant,& ad hoc regendæ pueritiæ præclarum munus accingantur. Quo ſi bene funguntur,ſuam,&multorum ſalutem conſeruabunt: cælum complebunt: ſacras, abditaſq; monachorum ædes habitatoribus refercient:matrimonio coniunctos ingenti

ſo-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

ſolicitudine liberabunt: tot deniq;, tantaque commoda afferent, quanta, qui Reip. plurimùm inſeruiunt, afferre poſſunt. Sit igitur cunctis opus hoc valdè commendatum, in quo ſalus puerorum agitur, quæ ſeruatori Chriſto tantoperè grata fuit: aguntur poſteritatis commoda, quibus ſublatis mundi imminet interitus: aguntur bona ciuium, religionis augmenta, Reip. tranquillitas, regni cæleſtis patentiſsimus ingreſſus, quò nos vtinam diuina perducat bonitas.

DE

(c) 2007 Ministerio de Cultura

DE PRAECLARA pueritia, nouæque ætatis defenſione.

Liber ſecundus.

CVM noſtra omnis oratio de iuuenibus futura ſit, & ad iuuenes cõſcribatur, conueniẽs eſſe duxi poſt ſanctæ educationis encomia ipſius etiã pueritiæ laudes adiungere, & illuſtrium quorundam puerorum facta recenſere, vt ea ratione noſtri adoleſcentes ad virtutem, & honeſtã vitam ſequendam moueantur. Non enim leue eſſe poteſt laborum, & periculorum incitamentum, quod ab illis petitur, in quibus annorum æqualitatem, & mores noſtris diſpares videamus. Quòd ſi his adiungimus puerorum noſtri temporis facta quæda nobilia, non poterit non ſuæ inertiæ adoleſcentes pigere, illos, inquam, adoleſcentes, à quibus nil geritur laude dignum, & quod in poſteros manare poſsit. Hic autem liber, in quo teneræ ætatis laudes ſcribuntur, magnam habet vim,

(c) 2007 Ministerio de Cultura

vim, nam cùm superior educatores, & magistros commendauerit, noster hic ipsam ætatem, multùm per se posse, affirmat: quo fiet, vt & qui instituit, & ipse, qui instituitur, in magnam spẽ erigi ex hoc debeant: alter enim de terra minimè desperabit, quam esse fæcundam, mõstrat hic liber: alter, quo sibimet gratuletur, plaudatq; habebit, cùm videat rẽ velut ex æquo diuisam, & vitæ honestæ partem propriam, & suam nominari. Iam igitur ad exempla veniamus.

De his, quæ per pueros diuina bonitas efficit singulari, & cælesti ratione.

Cap. I.

DIVINA.

De Isaaco.

ILla virtus in pueris omnium maximè laudari debet, qua Deo, & parentibus, & piè, & libenter se subijciunt. Vnde natum est, vt Isaacus Abrahami filius summam sit laudem assecutus, quòd patri immaturam necem afferenti minimè restiterit, nec gladium auerterit, quem pater senio confectus iuueni haud imbecilli seriò, & constanter admouisset, nisi vox Angelica impedimento fuisset, quæ & seni

ſeni de tam ſplendido opere gratulata eſt, & pium, obedientemq; iuuenem conſeruauit. Factum ex eo eſt, vt nec vitam amitteret, nec obedientiæ præmio careret, ad multam enim prouectus ſenectutem fuit, qui pueritiæ non pepercit.

De Dauide.

Reg.1.c.16. INcorruptiſsimus ille Samuel Dei Opt. Max. præcepto Dauidem regno Iſraëlitico præfecit, cuius ætatem (erat enim ex fratribus natu minimus) vel pater ipſe contemnebat. Sed quamuis nec anni, nec ſtatura præſidio eſſent, corporis, & animi præclaræ dotes minimè defuerunt. Nam ſi de viribus loquar, leonem, & vrſum necauit puer, Goliam procerum, armiſq;; & robore confidentem inermis interemit. Quãta fuerit animi virtus, ex commiſſo regali munere perſpici poteſt. Nemo poſt hac contemnat pueritiam, quam regno eſſe idoneam diuino iudicio comprobatur.

De Propheta Hieremia.

Hier.c.1. & S.Hieron. in prologo ſuper eundem. IOſiæ deditiſsimus Hieremias, cuius immaturum obitum mœſtiſsimo eſt plãctu proſequutus, puer vaticinio donatur, futuraque prædicẽs, & Iudaicum populum liberè corri-

gens,

(c) 2007 Ministerio de Cultura

gens ſapiẽtiſsimi cuiuſdam ſenis munus exercuit. Ergo pueritia nil contumelioſum pręſe fert, præſertim cùm ſæpe ſit æmula ſenectutis.

De Daniele.

INcipientis ætatis vt eluceat dignitas, ſolũ Danielis exemplum ſatis eſſe deberet, quẽ peſsimorum ſenum iudicẽ eſſe, Deus voluit. Nam cùm innocentem Suſannam, quę de ſtupro interpellata flagitio cõſentire noluerat, improbiſsimi ſenes falſo crimine circumueniſſent, & iam iam lapidibus propter adulterium obruenda eſſet, repentè, & præter omnium opinionem imberbis Daniel honeſtiſsimæ matronę cauſam tutandam ſuſcepit. Quidiuino motus conſilio mendaciſsimos præbyteros ſeorſum rogatos eò pertraxit, vt, fictionis, atque calumniæ modo explicito, nullam ipſi, qui ſeparatim quæſiti fuerant, diſsimulandæ fraudis rationem inuenirent. Quo circa talionis pęnam factis digniſsimam, cùm erumperent, illuſtrarenturq; omnia, ſubierũt. Conueniens nimirum fuit, vt caſta ætas pro caſtitate dimicaret. Dan. c. 13.

De Machabæopuero.

Sex

Mach.2.c.7 SEx occisis Machabæis fratribus, natu minimũ, qui restabat, sæuissimus Antiochus varijs artibus oppugnare cœpit: nam & promissis capere, & minis terrere nitebatur illũ. Sed tamen cùm adolescens constantem animum præbuisset, omniũ est acerbissimè mulctatus. Cõstabat enim, à nullo magis irrisam esse regis operam, quàm ab eo, qui corpore erat per exiguo, & ætate non adulta.

De sanctissimo Ioanne Baptista.

Hymnus Ecclesiæ: Antra deserti. Quatuor Euangeliste in ipso statim principio.

COlophonem addat diuinis exẽplis, quorum est intemerata fides, prodigiosæ sanctitatis ille puer, quem pater, Dei altissimi futurum esse vatem, diuinauit. Secessit in solitudinem penè infantulus hominum conuictus, & frequentiam bestiarum societate commutans. Credebat enim, cùm facilius, tũ esse securius feris obsistere, quàm hominum demẽtię. Quæ solatia habuerit, quibúsve in delicijs alitus sit tenerrimus Ioannes, & generosis ortus parentibus, Euangelium dicit: nam locustis, & rusticano melle victitauit; in asperis cauernis diutissimè latuit, & camelorũ pellibus delicatum corpusculũ vestiuit. Errat vehementer, qui pueritiá reb' magnis nõ putat idoneã.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

De Mose.

QVæ de Mosis præclara indole vel cæleſti potius animi celſitudine ſum naraturus, ex Ioſepho Iudaicæ antiquitatis curioſo indagatore didici. Quod ſi ſacræ literæ hoc ipſum dicerent, in diuinorum exemplorum tum ordine, tum ſede præſens hiſtoria reſideret. Scribit autor egregius, Mosis elegantiam Pharaonis filię, quæ illum aquis liberaue rat, placuiſſe tantùm, vt pro ſuo educauerit, regiq; de nepote formoſo, ac pulchro gratulata fuerit. Quem Pharao complexus regio etiã diademate capiti impoſito cohoneſtat, precaturq; Deos, vt puerum illum regni ſucceſſorem, principatuſq; hęredem eſſe, permittant. At infans iam ab eo tempore, quid mali AEgyptijs eſſet allaturus velut oſtento quodam patefecit. Arreptam enim, humiq; proiectam coronam iracundè conculcauit. Huius ætatis clariſsima facta inueniuntur, quę tamẽ aut non aduertunt, aut eleuant imperiti. *De Antiqui. Iudaica. li. 2. cap. 9.*

CHRISTOPHANA.

De puero in cælum rapto.

BYzantium munitiſsima olim ciuitas conuelli, nutareq; cœpit violento quodam, *Nicepho. Eccleſiæ hiſt. li. 14. c. 46.*

(c) 2007 Ministerio de Cultura

ac vehementi terræ motu. Tum Proclus vrbis Patriarcha ad preces confugit diuini numinis leniendi causa, quem Constantinopolis multitudo sequebatur. Nam cõmotio tanta fuit, vt mœnia ipsa conciderent, quæ videbantur esse sempiterna. Supplicantibus autem ipsis, & tam sæuæ calamitatis remedium obnixè postulantibus, puer quidam ex turba supera capessit, humoq; excitatus volat in sublime non sine omnium, qui aderant, remq; spectabant, ingenti admiratione. Breui deinde interiecto spatio, delabitur ex cælo puer clamans, æternis sedibus astitisse se, ibiq; Angelorum canentium has voces audiuisse. Sancte Deus, Sancte fortis, Sancte & immortalis miserere nostri. Quæ, Pròclus, verissima esse credens ad eum modum psallere omnes, iussit, omnisq; illa terræ agitatio conquieuit. At verò felicissimus ille puer, ne ad horam exultaret, vt sanctissimi Pauli verbis vtar, expleto sanctæ legationis officio moritur, & in pacis templo cùm iubilo, & etiam planctu sepelitur. Equidem inuideo sorti puerorum, quorum ministerio non nisi ad stupenda, & miraculosa vti solet Deus.

De Sancto Nicolao.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

NIcolai ſtudioſorum iuuenum patroni tẽperantiſsimam infantiam prædicemus. Qui vel in cunis poſitus edacitatis inimicum ſe eſſe demonſtrauit: nam Mercurij, Veneriſque dies ieiunio elegiſſe fertur, guſtato ſemel lacte. Sicque ad aſperrimam vitæ frugalitatẽ, quam adultus exercuit, iam inde à primis incunabulis ſeipſe apparabat. Vnde conſtare profectò poteſt, pueritiam, quę minuta, imbecilliſq; videtur, duriſsimis operibus idoneam eſſe cenſendam.

Leonar. Iuſtinia. in eius vita. & Methodius patriarcha in ipſius etiam vita.

De quodam puero.

ROmanus martyr, cùm multa pręſente tyranno Aſclepiade, cuius imperio torquebatur, de noſtræ religionis veritate grauiter, & copioſè diſſiſſet, ſententiæ corroborandæ cauſa puerulum, ex ijs, qui per communes vicos diſcurrunt, in medium produci, flagitauit. Quo accerſito, quærere Romanus ex eo cœpit, num vera eſſent, quæ de Chriſto Deo, atque homine noſtra fides aſſereret? Tum puſio, quamuis perfecto nondum eſſet ſenſu, tamen in catholicæ veritatis affirmatione nil prorſus diſſenſit à Romano, Romanaq; Eccleſia. At iniquus præſes, quem mirari, & ſuſpi-

Prudẽtius li. Periſtephanõ in hymno de Romani martyris ſupplicio.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

ſpicere debuiſſet, immaniſsimè cruciatũ interemit. Errat, errat, qui primos annos ocioſe putat exigendos, cùm facta ſplendidiſsima in illis agnoſcamus.

Mirum de puero.

Naucleruſ in Chronicis 2. lib. generatione 35.

GErmaniæ Imperator Henricus Cunradi filius vxorem duxerat Anglorum Regis filiam miræ cuiuſdam pudicitiæ fœminam, quam tamen Imperator ipſe, inſtigante diabolo, non repudiare ſolùm, verùm etiam necare voluit mentiens, ab illa adulterium eſſe commiſſum. Patrio itaque more pręconis voce publicatum eſt, vt, ſiquis tutari vellet Auguſtam, monomachiam, & ſingularem pugnam cum illo miſceret, quẽ Imperator delegiſſet. Cæſaris autem agebat partes impius quidam gladiator viſendæ celſitudinis, quo ſuperato, reginæ & ſalutem, & innocentiam maritus tribuebat. Edicti ſæueritas, cauſę obſcuritas, & militis robur multos à defenſione caſtæ mulieris retraxerunt: donec puer quidam, cui matronæ caſtitas optimè perſpecta fuerat, certamini ſe libenter oppoſuit. Quid multa? Goliam immanè procerum puer ad pugnam prouocat, ridenteq; inimico, rẽ agit

ipſe

ipſe ſeriò. Nam, vbi ad campum ventum eſt ſpectatoribus vndiq; refertum, arrepto, quẽ ferebat, enſe, non ſine valido, atque ingenti numinis adiumento ſuperbum pugnatorem obtruncat, auulſo deinde ex humeris capiti, puluereq;, ac ſanguine fœdato victor puerulus inſultauit. Penè deſipiunt, qui tanto non ſpectaculo, ſed miraculo interfuerant ſibi mutuo de chariſsimæ Auguſtæ libertate gratulãtes. Verùm integerrima princeps tanto obligata beneficio religioſarum virginũ domũ arctioris vitę gratia delegit, ibiq;, cùm ſanctã egiſſet vitam, felicem obitum impetrauit. Si rem tantam miraculo aſsignas, miraculis dignam eſſe pueritiã affirmabis, quare nec iſta ratione huius ętatis laudes obſcurantur.

De puero Bubulco.

VAleriano cauſidico puer fuit ſeruandis pecoribus deſignatus. Vaſtante verò Romam exitioſa peſte, in morbum hic paſtor incidit, decubuitq; tã periculoſa ægrotatione, vt omnino putaretur eſſe extinctus. Dei tamen beneficio poſt illum ſiue interitum, ſiue eius ſimulacrum ad ſe rediit puerulus, & quinam ex domeſticis obituri eſſent nominatim *S. Greg. li. 4. dialogorũ cap. 26.*

(c) 2007 Ministerio de Cultura

prędixit. Asserebat enim in cęlo se fuisse, & multorum mortes cognouisse. Ne tamen haberi posset mendax, aut insanæ mentis, quòd ad sydera translatum se esse, diceret, rem, quę videbatur incredibilis, testimonio satis firmo cóprobauit. Varijs enim locutus est linguis, Greca prędertim, quę difficillima cùm esset, & bubulco ante illud tempus incognita dictorum fidem faciebat. Ecce tibi linguarum perita, & futura diuinatrix pueritia Apostolorum etiam donis illustrata.

De Musa puella.

Idêli.4.c.17 MEcum tacitus prędterire non possum mirabile quoddam vitæ puellaris exemplum, cuius narratio castas virgines ad perseuerandum inuitabit, lasciuiores iniecto pudore fortasse corriget. Vixit quondam puella bonis orta parentibus, quæ Musa dicebatur; huic sanctissima Deiparens septa choris virginum monstrauit sese noctis mediæ silętio rogans, num pedisequas illas forma elegantes vellet comitari? Annuente verò puella, nilque sibi gratius fore dicente, quàm vt chorum illum cęlestium Nympharū intraret etiam ipsa, huiusmodi verbis communis

om-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

omnium mater affata esse dicitur mulier cu-
lam. Si præclarum censes, ô puella, in numero
esse stellatarum virginum, nil leue post hac ef
ficito, nil petulans, illustribusq; fœminis in-
decorum. Quòd si mihi parueris, trigesimo
post hunc die ex fæce, & vitæ colluuione me
astante, ad æternum migrabis domicilium.
Mores puella mutat è vestigio, virtutemque
senibus dignam colit, quæ tenerrima erat: tan
dem oppressa morbo expirat illo die, quo cæ
li regina promiserat, transitum esse faciendũ,
quæ etiam efflanti animam præsens fuit cum
puellarum agmine fulgentissimo. Hanc san-
ctus Gregorius cùm retulisset historiam, con
tinere se non potuit, quin diceret, vacuas ex
Angelorum ruina cæli sedes puerorũ, & in-
fantium multitudine maiore ex parte esse cõ
plendas.

De puero Iudæo.

FIlium habuit Hæbræus homo natum ad omne pietatis genus, de quo referam historiam omni posteritate dignissimam. Ventitabat in literarias scholas optimus hic puer, Christianorumq; adolescentum comes effectus sese in studijs exercebat. Die quadam in

S. Grego. Episcopus Turonli. in gloriam plurimorum martyrũ edito. c. 8.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

ſanctiſsimæ virginis Mariæ Baſilica, perfecta iam diuina re, ad ſacram illam mẽſam, quę cę leſtem cibum ſuppeditat ſuos Chriſtianos ſocios imitatus acceſsit is, de quo loquimur, diuinoq; ſe cibo recreauit. Deinde in proprias ædes reuerſus patri ſumma cũ alacritate, quæ acciderãt, narrauit, omnia. Tum pater noſtræ pietatis inimicus grauiter ferens, id eſſe factũ à filiolo, in domeſticam fornacem igne accẽſam (erat enim vitrorum artifex) puerum detruſit, aridaq; ligna copioſe admouit, quó maius eſſet incendium. Mater filium eripere conata, ſed mariti furentis & minis, & manibus fortaſſe impedita, clibaniq; flammis expauefacta ad lamenta, quod eſt mulieris proprium, ſe conuertens querelis, ac vocibus totam cõplet ciuitatem. Accurrunt Chriſtiani omnes, & criminis atrocitate commoti ignẽ ex fornace remouerunt, inuentuſq; puer eſt nó modò non vſtus, verùm etiam ſic integer, & hilaris, vt ſi in molliſsimis plumis iacuiſſet. Rogatus verò, qua arte ſeruatus fuiſſet, reſpondit, mulierem ornatiſsimam ſuccurriſſe ſibi, illã ſcilicet, quæ in ſacello, quo panem ſanctum ipſe guſtauerat, in regio throno cernitur fouens infantẽ. Mater deinde, filioluſq; noſtræ

Georgius Cedrenus in additionibus ad Ioannem Zonarã li. Annali. 3.

ſe

(c) 2007 Ministerio de Cultura

se religioni libenter sacro abluti fonte deuouerunt: patrem verò Iudæum, qui venerant, Christiani in ignem, qui filio pepercerat, depulerunt, flammisq; ita combustus est, vt ex illius membris nihil superfuerit. Vel, vt alij volunt, Imperator Iustinianus, comperto facinore, suspẽdio illum interemit. Hæc me profectò magnoperè delectat historia, qua & pueros commendamus, & in beatissimæ virginis Mariæ obsequium, monemus, propensos esse debere.

De puero à Iudæis in crucem acto.

HAEbræa gens Christianę pietatis æmula, atq; adeò inimica, vt nostram fidem irrideret, in crucem sustulit infantem, cui etiã pendenti iam veritatis hostes turpissimis conuicijs insultarũt, tandemq; furore pluisquam belluino agitati verberibus immanissimis tortum illum occiderunt. O puerum verè felicem! in quo Seruatoris nostri mortem propter nos benignissimè patiẽtis imago fuit expressa. *Cassiodo. in tripart. li. xi c. 1*

De ijs, quæ puerorum generosa indoles efficit Dei tamen fulta præsidio.

Cap. II.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

DIVINA.

De Ioſepho.

Geneſ.c.37. NEminem latere, exiſtimo, quàm præcla ra indoles Ioſepho fuerit Iacobi filio. Qui, cùm adhuc puer eſſet, fratres natu maio res vitæ innocentia ſuperabat, eoſdemque co ram patre ſummi ſceleris arguebat. Qui ergo reliquis integritate morum ante ibat, fuit etiã dignitate, opibuſque felicior: nam Deus, illũ eſſe, vult, primum, qui virtute maximè excel- lat, quanquam ſit annis inferior.

De Ioſia.

4.Reg.c.22 CLariſsimis laudibus Ioſiam principem ſa cræ exornant literæ, quem Dauidis om- nino fuiſſe ſimilem, magnifici encomij loco prædicant. Excelſa hic diſsipauit: impias aras funditùs euertit: idola deſtruxit: ſynceram, puramq; religionem in turbulento Reip. ſta tu conſeruauit. Quod maius, rogo, prodigiũ, quàm vt is, qui octo annos vitæ tantũ imple- ſſet, inueteratam Iudæorum perfidiam odiſ- ſe, & execrari voluerit? Non illum regni pro- ſperitas euexit, non aſſentatorum multitudo cæcauit, non ætas ignara cõſilij impedire po tuit, quò minùs morum integritatem retine-

ret,

(c) 2007 Ministerio de Cultura

ret, ſacroſq;, & pios ritus coleret. Magna ergo pueritiæ vis, quæ tot, ac tantas difficultates Dei adiuta præſidio ſuperauit.

CHRISTIANA.

De Athanaſio.

NVlli ingrata erit feſtiua pueritiæ Athanaſij commemoratio, quæ talis fuit, vt ex ea Alexander Epiſcopus coniecturã ſit aſſecutus, qualem in perfecta ætate Athanaſiũ Chriſtiana Reſp. eſſet habitura. Tempore, quo Alexandrini ciues Petri martyris feſtum diem in vrbe agebant, pueri in littus maris ſeceſſerant, vt ludum exercerent, conuênit autem inter illos, vt rerum, & cæremoniarum, quæ in Eccleſia fiunt, imitatione gauderent. At verò cùm Alexãder Epiſcopus è loco mari vicino, quæ fierent, proſpiceret, myſteria noſtræ fidei, & auguſta quædam arcana tractari videt, quæ non modò pueris, ſed etiam viris eſſe debent inacceſſa: qua propter ira accenſus pueros omnes comprehendi, iubet, & ad ſe vinctos pertrahi. Qui poſteàquàm adfuerunt, de ludo interrogati ſunt: illi (vt ſunt ingenia puerorum) principio negãt pœnam, & ſupplicium formidantes: ſed paulò pòſt,

Ruffinus Eccleſi. hiſto. li. 10. c. 14.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

pòst, cùm se iam ex timore collegissent, rem, vt acciderat, explanarunt. Dicunt, ab Athanasio, qui episcopum egerat, infideles quosdã pueros nil contradicentes sacro baptismate lotos fuisse. Tum Alexander perquirere cœpit diligenter, quo ritu lustrale sacramentum fictus ille præsul administrasset: quæ conferẽtis, & quæ accipientium verba fuissent. Verùm cùm intelligeret Ecclesiasticam formulam in nullo esse prætermissam, re prius cum sacerdotibus communicata, censuit, ad primæ gratiæ, expiationisque vberrimum illum fontem ablutos semel pueros redire non debere: initiatis tamen quæ soli sacerdotes contingere possunt, addenda esse, supplendaque constituit. Pueros autem, & præsertim Athanasium tanti æstimauit Alexander, vt eorum in literis institutionem parentibus valdè cõmendauerit. Nemo post hac rebus etiam arduis; & difficilibus pueritiam dicat ineptam, ne sanctissimi antistitis, doctissimorumq; hominum (quales Ecclesia olim habuit) iudicio repugnare videatur.

De pueris Gallis.

Nauclerus li. 2. genera 41

GRauis acciderat Christiano nomini & calamitas, & ignominia inuadentibus nostræ

ſtræ fidei inimicis Hieroſolymam vrbẽ Chriſti olim præſentia, ſanguine, prodigijs, & concionibus illuſtratam. Quam iacturam ſanctiſſimus Pontifex Innocentius III. reſarcire cupiens ex in exhauſto Eccleſiæ theſauro vberrima illis promere cœpit gratiarum dona, qui accepto crucis Symbolo de recuperanda Solymorum terra cogitarent. Quod nobiliſsimi quidam ex Gallia pueri cùm reſciuiſſent, crucis inſigne ſumentes ad clariſsimam illam dimicationem aſpirarunt. Fuerunt autem ad viginti millia, qui, patria relicta, deſignatum ſuum ducem ſecuti fuerunt, illum videlicet, quem ex omnibus audaciſsimum, & maximè ſtrenuum eſſe crediderant. Et, ne fictum, ſimulatúmve negotium crederent illud poſſet, plurimi in ipſo itinere vitam amiſerunt: multi rei infecta, quòd eſſet impedita nauigatio, domos inuiti repetiuerunt. Tantus ingenuæ indolis ardor eſt, tanta virtus animorum.

De Virginio Fabio.

FLorentini pueri, quem Politianus Fabium appellat, præclara laus tacerì non debet, cuius tot, tantaq; fuerunt corporis, & animi bona, quanta de nullo relata memini. Nil di- *Lib. epiſt. 12*

cam

(c) 2007 Ministerio de Cultura

cam de forma iuuenis, & vultus elegantia, quam ſummam habuit, hoc enim non valde prodeſt operis ſuſcepti propoſito. Nihili pẽdo, canora voce cunctorum, qui adeſſent, aures ſolitum eſſe demulcere, hoc namque tribuit natura, nec multam meretur laudem. Muſicæ peritiam laudo in ingenuo puero annorum vndecim, heroici carminis eſſe compoſitorem, & illius carminis, quod Politianus pro ſuo non inuitus circũferret (ſic enim ipſe ait) eſt quidem prodigio pene par. Eandẽ rem, quam verſibus explicarat, ſoluta oratione commutatis verbis, atque ſententijs ex tẽpore dixiſſe, id eſt, profectò mirabile. Quòd ſi ad hanc carminis, & proſæ facultatem dictãdi copiam repentinam adiunxero, vereor, ne, non tam incitare, quàm retardare puerorum ingenia, videamur. Quinque, plura poſcenti epiſtolarum argumenta ſubitò, ne ſe colligeret, oblata ſunt, totidem notarijs ad excipiendum adhibitis, quos ingenioſus ille puervno, eodemque tempore laſſauit, propoſitis materijs feliciter abſolutis. Qui exempli huius narratione deſperas, tantũdem aſſequi te poſſe, animum, fiduciamque reſumito. Nil puer à ſe putare debet alienum, quod ille fecerit, qui

puer

(c) 2007 Ministerio de Cultura

puer etiam ſit, modò ſit ignauia procul.

EXTERNA.

De Alexandro.

ETHnicorum facta cum noſtris vnà perſequi, iam ex ſuperiore libro conſtitutũ habemus, vt ipſa hiſtoriæ varietas tędium leuet, & multitudo exemplorum, tãquam teſtibus cumulatis, fidem faciat, ampliorem. Ac primùm Alexander ille iam inde à pueritia inſignis digniſsimus eſſe videtur, quem in ipſo principio referamus. Tam excelſo hic, elatoque animo fuiſſe dicitur, vt Dijs (contradicẽte etiam Leonida pædagogo) non niſi largè thura libauerit: cum legatis à rege Perſarum ad Philippum ipſius patrem miſsis puer non niſi de rebus magnis, ac bellicis ſit locutus: Bucephalum ferocem equum, & maximè indomitum ſolus conſcenderit, curſuq;, & calcibus fatigarit, à quo tamen reliqui ſeſſores excuſsi fuerant. Vnde factum eſt, vt parens Philippus tãtam indolẽ admiratus dixerit, Aliud tibi regnum quære, fili, nec enim te capit Macedonia. Itaque Alexandrum natum regem, non factum ex ipſa indole poſſumus arbitrari.

Plutarch. in eius vita.

De

De AEmilio Lepido.

Valer. Max. li. 3. c. de indole.

PVer cùm esset AEmilius hostem interemit, à quo Romanus vir iam iam erat occidendus, seruatiq; ciuis præmia non indecora statuam scilicet cum prætexta, & bulla promeruit. Felix nostrorum puericia, quæ ex minùs periculoso opere, quod in affectionum moderatione situm est, æternam vitam mercedem longè pulchriorem nanciscetur.

De Catone.

Valerius. Ibidem.

LAtinorum princeps Popedius suæ gẽtis viros Romanæ familiæ inserere cupiebat. Qua de re in ædibus Drusi, præsente Catone ipsius nepote, agebatur. Rogatus verò Cato, qui puer erat, vt Latinis præsidio esset in impetranda ciuitate, id sibi non placere, libera voce respondit. Iterum, ac sæpius rogatus noluit: ad vltimum, simulata iracundia, in excelsam domus partem à Popedio deducitur, quem inde, nisi consentiat, se esse præcipiaturum minatur. Sed ne tunc à proposito deflexus puer est. Idem, cùm Syllam officij causa conuenisset, & proscriptorum capita ciuiũ delata ad Syllam animaduertisset, rei atrocitate commotus Sarpedonem pædagogum suũ

roga-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

rogauit, cur tanta eſſet crudelitas impunita? Quærenti reſponſum eſt, voluntatem patrandæ cædis, tyranniq́ue interimendi non deeſſe, id tamen nimis videri difficile propter diligentem cuſtodiam, qua ſuũ corpus Sylla tuebatur. Tunc Cato ad Syllæ necem gladium ſibi porrigi, optauit, cùm præſertim tutò id ſibi facere liceret, qui familiari hominis aditu nunquam prohiberetur Catonis inſtitutor minimè contempſit indolem, nec illas pueriles eſſe minas, iudicauit. Nam quoties ad Syllam ſalutãdi cauſa puerum eſſet deducturus, diligenter ſinus omnes, veſtiumq́; latebras, in quibus ferrum occuli poſſet, ſcrutabatur, ne, re infeliciter geſta, & ſibi, & puero perniciem temeritas importaret. Catonis Vticenſis pueritiam vera noſtra religio ſtultæ ipſius prępo nit ſenectuti, tametſi de illo priſci Romani aliter opinati ſunt. Mori enim non debuit in iuſſu Imperatoris ſummi, qui nos omnes in ſtatione vitę permanere, iubet, &, niſi aliud pręcipiat ipſe, ab illa nunquam diſcedere.

De Octauiano Auguſto, & Tiberio.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Sueton. in vita Octauic. 8. & in vita Tiberij c. 6.

OCtauianus, cui Augusti cognomen posteà fuit, cùm annorum esset duodecim, Iuliam auiam defunctam in frequenti hominum concione laudauit. Maius quiddam est, quod de Tiberio eius priuigno, & principatus hærede memoratur: qui nouem natus annos patrem vita functum in publico hominũ cætu funebri oratione commendauit. Mirũ sanè videri debet, præsertim si ętatem, quę minima erat, auditores, quos seculum illud eloquentissimos tulit, temporis breuitatem ex ipsa cadaueris sepeliendi festinatione, animi dolorem aliquem ex patris obitu conceptum æstimemus.

De Papyrio.

Aulus Gellius l. 1. noctium Atticarum c. 23.

PApyrium adolescentulum, quòd senatus consulta vel matrem solicitè percontantem prudenter cęlauisset, celebrem fecit antiquitas, quem ex illo tempore Patres Conscripti curia dignum, reliquis pueris extrà manere iussis, censuerunt. Ita pueritia, cui obijci loquacitas solet, & secretorum detegendorum infamia taciturnitatis fuit præmio decorata.

De filio Quintiliani.

De-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

DEcimum agebat ætatis annum Quintiliani maior filius, cùm illum mors rapuit immatura. Ad percipiẽdas disciplinas pręstantissimo natum esse ingenio, pater iureiurando asseruit. Probitatis, pietatis, liberalitatis, magnarumque virtutum præclara prębuerat non indicia solum, verùm etiam documẽta. Quę natura tribuere gratis solet, aderant omnia, vocis suauitas, oris decor, vtriusq; linguæ natiua, & propria literarum expressio. Quid dicam de animi magnitudine, de constantia, de grauitate, de metus, doloriscque contemptu? Magna cum medicorum admiratione diuturnum morbum pertulit, quo per continuos octo menses laborauit, ipsumq; est parẽtem in extremo vitæ consolatus. Pudeat nostri temporis desides pueros tam magna, tam multa, tam docta, tam grauia de puero externo prædicari.

Fabius Quint. in prohœmio lib. 6.

De Hyrcano Iudæo.

IOsephus quidam sacerdotis Oniæ ex soro re nepos, cùm filios ex vxore complures suscepisset, natu minimum Hyrcanum dilexit vnicè. Cuius indolem experiri volens in remotam, & longinquam terram impuberem

Iosephus Antiquit. Iudaic. li. 12. c. 4.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

adhuc illum proficiſci iuſsit, conceſſa boum multitudine, datiſq; ad laborandum ſocijs. Verùm illi, cùm ad deſtinatum locum veniſſent, quid ageret, & quod conſilium caperet, dubitabant, deerant enim ad colligandos boues inſtrumenta. Tum Hyrcanus puer callido excogitato conſilio, neceſsitati prouidit, nam ex bobus paria decem fecit occidi, vt carnes diuturnum victum ſuppeditarent ſalſæ præſertim, coria verò detracta ad vincula, colligationeſq; boum eſſent peraccommoda. Iactis deinde ſeminibus, & ſuo tempore frugibus perceptis, expectatione patris vicit adoleſcens. Idem, cùm ad regem Ptolemæum à patre miſſus eſſet, vt principi de infantis ortu gratularetur, omnium, qui regi donis oblatis placere ſtuduerant, liberalitatem, ac munificentiam ſuperauit. Ex illis enim qui magnificentiores fuerant, viginti talenta largiti fuerunt: attamen Hyrcanus pueros cétum optimè literis inſtructos, totidemque virgines facie, ac moribus egregias tribuit: quorum ſingulis talentum adiecit regi offerendum. Ex quo planè intelligimus, paruis in corporibus ingentes ſæpe animos habitare.

De Antonino Philoſopho.

Anto-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

ANtoninum cognomẽto philosophum, quòd præclara indole natus esset, Adrianus Cæsar, in cuius gremio educabatur, cùm sex esset annorum, publicè honorandum cẽsuit. Biennio pòst in Saliorum collegium (qui Martis erant sacerdotes) eundem retulit, nec quidem Adriano in decernendis puero honoribus æquitas defuit. Hic enim Antoninus natus annos tantùm duodecim Philosophi & habitu, & tolerantia gaudebat. Cumque pallio duntaxat indutus legeret, & humi cubaret, vix mater ab illo impetrare poterat, vt pelles ad dormiendum substerneret. Sapientiæ studia tàtùm dilexit, vt, ne Imperator factus philosophum se esse, sit oblitus. Nulla est criminis excusatio, si pueritiæ causa intemperantior fueris: te enim mouere debet Antonini exemplum, qui generosum corpusculum macerauit.

Iulius Capitol. in eius vita.

De Cyro Persarum rege.

CYrum, cùm puer esset, ad Astyagẽ Medorum regem, cuius nepos ipse erat, mater dedúxerat, vt auum facetius puer recrearet. At verò Astyages cænam lautissimam nepoti Cyro, & matri, quæ filia erat, apparauit.

Xenopho. lib. 1. de Cyri pædia.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Qua Cyrus animaduersa dixisse fertur, magni operis, negotijq; mensam illam sibi videri, si tot se dapibus referturus cõuiua sit: quare Persicas cænas sibi placere magis, quòd breuiore compendio ad saturitatem ducant. Itaque repudiatis mensæ illius opiparæ delicijs, Persico more, vt erat à patre institutus, tibo nec multo, nec delicato famem expleuit. Conquisitas verò epulas, quas illi auus rogãs importunè dederat, ipsis regis famulis dispensauit. Est, quòd Cyro gratias ingentes agere debeam, qui frugalitatem puritiæ vnicam & magistram, & alumnam adamauit, qua duce mundi obtinuit principatum.

De bestiarum quarundam mansuetudine in pueros. Cap. III.

NATVRAE.

De Leone.

Plin. lib. 8. c. 18. LEo animantium ferocissimus clementia vtitur in supplices. Nam subiectis parcere, & viros, priùs, quàm fœminas inuadere cõsueuit. Quod verò ad præsens facit negotiu, infantes non nisi fæuissima enectus fame dilaniat. Hæc enim ætas etiam bestias immanes ad misericordiam allicit.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

De Delphine.

PLena sunt exemplorum antiqua volumina, quibus Delphini amor in pueros declaratur: quæ tamen omnia prætereunda cẽseo, idq; solùm commemorabo, quod non est ita vetustum. Puer quidam Nicolaus nomine, cùm Venetijs Romam proficisceretur, iuxta fossam Clodiam (hoc enim loco nomen est) cymbam, in qua erat, venti penitus obruerũt, cadentemque puerum Delphinus tergo excepit, incolumemq; in littore collocauit. *Paulus Marsilius in commentarijs fastorũ Ouidij li. 2.*

De Elephanto.

SAEpe in testimonium vocandus erit Elephas, quòd bellua sit ferè rationis particeps, & quadam prudentiæ imagine veneranda. Romæ, cùm pueri, qua solent, petulantia (ne illos ab omnibus videar criminibus vindicare (Elephantis manum, longamq; promuscidem lapillis pungerent, rabie & quidem iusta commotus vnum ex ipsis audaciæ insolentioris furibundè apprehensum in altum iacere cupiebat: mitigatus tamen est puerorum vocem flebiliter extollentium clamoribus, quos, socio sæuè interempto, noluit affligere. Itaq;, puero humi deposito, satis habuit il- *Plutar. li. de industria animalium.*

(c) 2007 Ministerio de Cultura

li,& cæteris inchoato ſupplicio metum non leuem iniecisse. Intellexisse videtur ſagaciſsimum animal, nullam esse ætatem, cui parcatur clementiùs; cuius hæc etiam est felicitas, vt rei bene gestæ laus ei ſumma debeatur, peccatorum verò culpa leuis aſsignetur.

Pueros minimè esse negligendos, & ſi paruuli ſint, quod in minimis etiam corpuſculis magno ſæpe virtus inſit, id quod exemplis huiuſmodi comprobatur. Cap. IIII.

De Remora.

Plin.li.9.c.1; REmoræ vim admirabilem inter naturæ prodigia haud indignè recenſebimus. Nam piſciculus cùm ſit magnitudine pedali carinæ applicitus tanti est roboris, vt nauem remis, & velis impulſam remoretur. Vnde & illi congruum est nomẽ. Nihil prodest remigum eximia vis, nil gubernatoris exercitata induſtria, nil ventorum proſper flatus, nam procellæ ſæuientis furori echeneis imperat, & nauigandi incredibilem celeritatem valet retardare. Perexigua quæ fuerint, parui ducẽda ex ipſo non ſunt aſpectu, poſſunt enim gran-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

grandioribus præſtare.

De Perdicis pullo.

PErdicis pulli tanta naſcuntur cum corporis firmitate, vt ipſa eadem ortus die, oui nondum exuto cortice, quàm velociſsimè discurrant. Paſtum verò, cùm primùm eos mater in lucem edit, tanta quærunt ſolertia, vt ſi multo iam tempore in vita manſiſſent. Ex quo ſanè intelligitur, nullam vitæ partẽ ocio ſam eſſe debere. In re autem notiſsima ſupervacaneum duximus autores nominare.

De Hirundine.

QVæ de hirundinum non ſolertia ſolùm, ſed etiam fortitudine rerum naturalium ſcriptores commemorant, huc videntur ſpectare. Dicunt illi quidem in Heracleotico Nilioſtio ingentem molem aduerſus Nili inundationes hirundinum manibus fabricatam fuiſſe. Hoc autem laboris monumẽtum hominum artificio maius per vnius ſtatim diij ſpacia protenſum multum tempus perdurauit. In eadem AEgypto inſula eſt, quam vt Nilus alluuione ne perdat; palea, & ſtramento eædem auiculæ ſolent communire: tã ſedulam operam nauant hirundines, vt per tri- *Idem li. 10. c. 33.*

(c) 2007 Ministerio de Cultura

duum, numeratis etiam noctibus, in defessæ permaneant, non paucæ in ipso labore moriãtur. Vires ergo etiam in pusillis erunt corporibus, quas non proceritas dat, sed animus bene à natura formatus.

De quodam pisciculo.

PRodigiosę magnitudinis Balæna facilè se sinit à minutulo pisce gubernari. Gobio similis esse existimatur, & corpore minimo cùm sit cete grandia comitari solet, illorumque iter dubium per fluctuosum mare dirige re. Præit ipse cauens solertissimè, ne aut Balęna hæreat, aut in scopulos illidatur. Ad pisciculi nutum tanta se bellua conuertit, siue stãdum, siue progrediendum, siue dormiendũ sit ducis imperia declinare nõ audet. Perijsse Balænas multas, affirmat Plutarchus (qui nos hanc iucundam historiam docuit) tali rectore destitutas, quod etiam se vidisse, narrat, vt iam dubitari non possit, quæ sit pusillorum excellentia, quæ tam vastam molem regat, ac temperet.

Libro de industria animalium.

De Floro.

Pierius Valerianus in Hieroglyphicis,

AVicula florus coloris egregij circa paludes ferè semper versari solet, cum equo

qua-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

quadrupedum formosissimo de pabulo sæpe contendit: herba enim vterq; delectatur. Pal ferculus cum hoste congrediens hinnitum il lius, & ferocitatẽ imitatur, & cùm belli Mars communis esse soleat, fit sæpenumero, vt ho rus victoriam adipiscatur. Tanta est tenuiorũ etiam in potẽtes vel virtus sæpe, vel felicitas.

De Squilla.

Multa possent bestiarũ minimarum exe-
pla numerari, quæ vel quia nota, vel
quia ab alijs tractata prætermitto. Quis enim
apum ignorat solertiam? quis operosas, sedu-
lasque esse formicas, nescit? quis dubitat, ara-
neolis machinationem, callidtatemq; esse da
tam à natura, qua suum illud rete contexunt,
vt, & siquid inhæserit, conficiant (nam raptis
muscis passim ipsæ vescuntur) & velut ex ino
pinato tanquam dispositis insidijs explorent,
vt, si quid inciderit, comprehendant? Quod
verò de parua squilla recenset Tullius lepidè, *Lib. 2. de Natura Deorũ.*
vt solet, ijsdem verbis ascribemus. Pinna (sic
enim Græcè dicitur) inquit ille, duabus gran
dibus patula conchis cum parua squilla quasi
societatem coit comparãdi cibi. Itaque cùm
piscículi parui in concham hiantem innatauê
rint,

(c) 2007 Ministerio de Cultura

rint, tum admonita à squilla Pinna morsu cõ primit conchas. Sic dissimillimis bestiolis cõmuniter cibus queritur. In quo admirãdũ est, congressúne aliquò inter se, an iam inde ab ortu natura ipsa congregatæ sint.

Prauam indolem etiam in pueris esse puniendam. Cap. V.

De puero blasphemo.

Lib. 4. dia'logorum c. 18.

QVę de pueritię laudibus diximus, dicturiq; sumus, historia vituperans faciet probabilia magis: nam quæ peccare ætas potest, etiã virtuti, si velit, erit idonea. Nos enim non tam, quæ pueri faciunt, quàm, quæ facere possunt, enucleamus, quorum ætas, nõ, vt vulgò existimatur, ad nugas inuenta est, cùm ipsorum criminibus grauiter irasci Deum, & sacræ affirment literæ, & optimi etiam narrẽt autores. Hinc est, vt Bethelicos pueros quadraginta duos sanctissimum ridentes Elisæũ, quòd caluus esset, immanes vrsi ex sylua digressi vorauerint. Gregorius autem fidelissimus autor scriptum reliquit, puerulum annorum quinque propter linguæ dissolutionem, qua Dei nomen (quod est dictu nefarium) impijs execrationibus lacessebat, à ma-

lis

lis ſpiritibus è gremio patris auulſum in tarta ra deiectum fuiſſe. Nunquam profectò delicatus puer tanto ſupplicio mulctaretur, niſi ad annos veniſſet doli particepes. Nulla ætas immunis eſt ab officio, & cùm nullum tá grauе ſit ſcelus, quod non cadere poſsit in puerum, nullum eſſe debet tormétum quod peccans infantia non debeat experiri. Cùm præſertim patris negligenter educantis crimé in hoc puero diuino ſit iudicio vindicatum.

De Athenienſi puero.

AReopagitarum grauiſsimus ille Senatus, qui olim Athenis floruit, puerum damnauit morte, qui in ocio languido cornicis oculos confixiſſet. Quæres fortaſſe, quò nam hæc ſpectet hiſtoria, nimirũ vt intelligamus, quid ſapientiſsimi homines de pueritia ſenſerint, quam robuſtæ ætati videntur æquaſſe. Nam ſeueriſsimum illorum iudicium puerilem cauſam habuit proſenili. Itaque, dum tá grauiter in puerulum animaduertunt, ætaté ipſam amplificant, docentq; eſſe metuendá. Neque tam factum damnauit Areopagus, quàm ingeninm crudele: quod adultum non minoré ſæuitiam in homines adhiberet, quá te-

Pierius Valerianus in Hieroglyphicis li. 20. c. 4.

tenerum exercuerat in aues. Erat enim signũ pernicioſiſsimæ mentis, multiſq; malo futurę ſi adoleuiſſet. Nos autem etiam carmine luſi mus in hoc argumento, quòd ſenſerimus, ſci tu eſſe periucũdum. Nec erit (vt opinor) alie num inſerere, quod olim à me fuit epigram- ma compoſitum.

Infans Cæcropia quondam cùm luderet vrbe,
Lumina cornicis figere fortè cupit.
Dumq; puer volucrẽ ſtimulis lacerabat acutis,
Cernitur à populo prætereunte ſcelus.
Ocia damnarunt teſtes, ludumq; nefandum:
Crimina iudicibus pandere tanta libet.
Cenſores puerum morti addixere proteruum.
Cæcatæ pœnas puſio pendit auis.
Ne puer ætatis venia confiſus aberret:
Nam puerile ſcelus Græcia docta necat.

Puerorum illuſtria quædam exempla, & noua. Cap. VI.

De puero.

HAEc quidem de factis antiquorum, & naturę prodigijs dixiſſe ſit ſatis, nunc ad noua veniamus, quo noſtræ tempeſtatis pue- ri vehementiùs moueantur, cùm videant, nó-

ab

(c) 2007 Ministerio de Cultura

ab æqualibus tantùm, ſed etiam cognitis, & propè vicinis præclara eſſe geſta. Nam quæ de antiquis memorantur, quòd à noſtra memoria remota ſint, ſæpe etiam repetita lãgueſcunt, ſibiq;, qui ea audiunt, perſuadent, vel geſta minutiùs, vel narrata ſplendidiùs. Quæ verò noſtris vidimus oculis, radices agunt altiores. Fuit ergo in Bæthica puer ex illorum numero, qui alphabetica diſcunt elementa. Is fortè rixæ interfuit, quam grauiſsimam inter duos licẽtioſæ vitæ homines leuiſsima (vt fieri ſolet) cauſa ſuſcitarat. Et quidem alter alterum, diſtricto enſe, faciendæ cædis animo perſequebatur. At bene conſtitutus puer flectit genua coram amẽte illo perſecutore, verbiſq; huiuſcemodi lenire tentat, Cur te, amice, pernicioſa iſta perdis iracundia? cur vltionem paras tibi, quàm aduerſario, peiorem? Etenim qui virum interficit, proprium animũ morte miſerabiliore mulctat. Age ergo, Chriſtianæ vir, & à tanto ſcelere pedem retrahe, manuſq; contine, cuius te è veſtigio pœnitebit. Graues conſcientiæ ſtimulos reformida. Etenim momentaneus iſte furor æternis ſupplicijs dignum facinus perſuadet. Puerili verbis placatus homo conſiſtit, fugienti parcit

cit inimico, cœlitus missum infantem existimat, quem humo tollens osculatur, agnitoq; errore, quo se bilis insana præcipitem ferret, & in quas dæmonum fauces incideret, nisi diuina illum pueri vox retardauisset, ingenuè confitetur.

De duobus pueris.

FVit rara ingenij vis in duobus pueris, quorum alter humaniores literas non didicisse, sed ex materno vtero secũ attulisse videbatur. Orationem Latinam vsque eò familiarẽ sensit, vt in propria, & vernacula lingua velocissimi qui essent, cõferri cum illo non debe rent. Dicebat ex tempore annos natus duodecim tam grauiter, & copiosẽ, vt si longo tẽpore sermonem meditatus fuisset. Hortorũ amænitatem, formosæ virginis ornatum, instructę aciei copias, vrbis celeberrimę plateas, muros, turres, propugnacula, magistratus, officia, calles, tẽpla, domos, opificia, mercatus, officinas, ludos, & alia, quæ sunt explicatu difficillima, cùm literam scripsisset nullã, ac ne præuidisset quidem facundè id ætatis describebat. Alter verò seueriſsima diuinæ Theologiæ studia feliciſsimè didicit, quem & acutiſsimè,

(c) 2007 Ministerio de Cultura

simè, & celerrimè quæstiones difficillimas explicantem mirabantur omnes, Iucundum erat Theologię magistris cũ illo disceptare, quem senibus anteire videbant. Vir minimè imperitus mihi narrabat in literaria pugna, quæ ipsi cum adolescentulo fuerat, visam sibi esse testutidinem cum aquila certare: tanta erat hominis etiam acuti tarditas cum pueri velocitate comparata. Erat, quòd præcoci vtriusq; ingenio fatalem quandam in ætate prouectiore vel lassitudinem, vel ruinam timeremus. Sed in hoc etiam legibus soluti fuerunt, vt cum ætate incrementa caperet eruditio.

Item de puero.

IN tenerrima ætate puer mihi bene cognitus præceptorem egit, dicendiq; artem publicè docuit. Tragædia meo tempore compo suit, quam viri doctissimi sic probarunt, vt dicerẽt, ad veterum scriptorum laudem peruenisse. Huius ciuis & conterraneus etiam puer concionibus auditores tenere fuit solitus, in quo illud est præcipuum, viros & graues, & quàm plurimos, dicẽte eo, lacrymasse. Perire itaque labor ille non potest, quem pueritiæ impenderis.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

De puero.

NOuem mensibus, quæ ad latinitatẽ spectant, Carpentanus quidam puer optimè calluit, & linguæ Romanæ facilem vsum acquisiuit: varia etiam carminum genera ritè composuit. Iam, (vt existimo) omnis ille tollitur pudor, quo nos exempla veterum suffundere potuerunt, cùm tam multis nostri tẽporis factis abundemus.

De puero Iaponio.

GRauatè refero quæ iam sunt typis excusa, sed quoniã nostrę huic de indole tractationi valdè esse accommodata video, breuiter duo illa Iapensium puerorum exempla perstringam: alterum est de Augustino quodam, quem narrat historia petisse à patre Cosma Turræo de regione illa benemerito, vt sanctissimam hostiã sibi porrigeret, qua vna Christiani hominis vita teneatur. Pater verò Cosmas puero respondit, futurum Dei conuiuam, quando se optimè paret. Non multò pòst, expiationis modum Cosma indicante, dieniq; cælestis epuli decimam quintã Augusti præstituente, quam merito Christiani celebrant ob sanctissimę Dei parentis ex mortali

(c) 2007 Ministerio de Cultura

tali vita discessum maximè glorioſum, exultans præ lætitia puer interrogationibus quouis Theologo dignis, quanto esset ingenio, patefecit. Quæsiuit enim à patre Cosma, non vt in fide claudicans, sed vt firma scire, aliosque eadem illa docere cupiens, vt se haberet illa panis in carnem, viniq; in sanguinem miraculosa conuersio, verumq; esse, didicit, vnũ idemq; corpus eodem tempore in plurimis, disiunctissimisq; locis posse consistere. Multa denique alia acutissimè rogando cognouit. Habes ingenij specimen non vulgare. Audito nunc exempla pietatis. Priusquàm diuinam mensam adiret, vitæ sordes, si quæ fuerunt, generali confessione detersit, quam ita disposuit, ordinauitq;, vt senex pater dixerit, se quidem innumerabilium peccata euomẽtium virorum, & mulierum, medicum, & iudicem fuisse, & in his doctos multos audiuisse, nullius tamen præclariorem in fatẽdo modum reperisse. Secutæ deinde sunt purissimæ Virginis serię, patreq, diuinam rem faciente, iam inde ab ipso sacri primordio tam pias, tamq; vberes lacrymas fundere Augustinus cœpit, vt ferrea corda adamantinaq; præcordia mitigare possent. Et cùm sacrificio toto

(c) 2007 Ministério de Cultura

plorauisset, multò tamen acriores, plenioresque lacrymæ fuerunt ipsa Eucharistiæ percipiendæ hora. Nec sola comploratio Augusti no fuit satis. Sublatis enim manibus immenso Deo gratias egit, multaq; exclamando dixit de beneficentia, & liberalitate Christi Opt. Max. à quo non solùm Christianus factus esset ex barbaro, sed etiam præco diuinæ legis, sanctiq; spiritus instrumentum. Hęc autẽ pueri ad Deum, quem præsentem habebat, collocutio tam flebiliter ab ipso peracta est, tamque seriò, vt templi concionem plenissimam ad lacrymarum vim ingentem effundẽdam mouerit, nec aliter omnes fleuerunt, quàm si parentum suorum funus, exequiasq; facerẽt. Aedituus, & rerum sacrarum custos à nostris patribus illa in vrbe degentibus bonus hic puer electus est. Eam verò curam ponit in ijs rebus, quibus præficitur, vt non puerum annorum tredecim, sed virum prudentem, ac maturum se vbique prębeat.

De puero Iaponio.

ALterum est pueri coæui nec Augustino à natu maioris, non enim plures compleuit annos, quem, vir religiosus Ludouicus Ælmey-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

meyda, nunquam satis laudari posse, confirmat. Hic ergo puer (quemadmodum narrat Almeyda) factus esse videtur, vt naturæ vim experiri homines possent: quæ cùm in alijs procreandis solers existat, in hoc tamen siue ornando, siue etiam gignendo omne suum exprompsit artificium. Nam vt corporis totius, membrorumq; conformationem, faciei que ipsius elegantiam taceam ut, virtutum splendor magnus in illo fuit, puerique nobilissimis ortis parentibus humilitatem, ingenij magnitudinem, memoriæ capacitatem, religionem, temperantiam, modestiam, pietatem, aduenæ, indigenæq; admiratur. Singulis octo diebus confessionem repetit, sacrumq; cibum illa sumit lacrymarum affluentia, quam Christiani etiam veteres puerulo soleat inuidere. Cumq; bellus hic puer veniam à parentibus impetrasset, Bungum (quæ Iapæ ciuitas est) proficiscendi, & Cosmam Turrianum, ipsiusque religiosam familiam inuisendi, cùm primùm eò peruenit, nil sibi prius faciendum putauit honestus adolescens, quàm vt Cosmæ, sociorumq; ipsius mores, & studia imitaretur. Itaque formosissimum suum capillũ continuò præscidit, quo nil à Iapensibus præsta-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

ri, efficiq; maius poteſt. Sericis præterea veſti bus ſe exuens inſularibus ſuis mundi contem ptum vita cœpit, & oratione ſuadere. Nollet egregius puer à Coſma contubernalibuſque ſeiungi, ſed illi, quem patre chariorem habebat, quòd ita conueniēs eſſet, reditum ad ſuos imperanti licèt inuitus obediuit. Cumque ad portum, vnde erat ſoluturus, acceſsiſſet, matronamq; & verè Chriſtianam, & maximè nobilem inibi degentem, quòd id ita poſtularet ipſa, conueniſſet, nil aliud religioſum puerū locutum, ferunt, quàm de pœnitentiæ ſacramento. Illoque in portu diebus aliquot ſtrennum concionatorem egit, neq; enim erat, qui eo in loco ſacri præconis fungeretur officio. Gaudete, viri optimi, qui in remotiſsimas mundi plagas Chriſti prędicandi gratia deuenistis: res enim fidei ſacrę nec impolitas, nec acerbas relinquetis, vobiſque extinctis, teneri puerorum greges, quos bene inſtituitis, ſe efferent aliquando, & ad Chriſti legem ſiue proſemĭnandam, ſiue dilatandam conualeſcent.

DE

DE LAVDIBVS pueritiæ.

Continens oratio.

QVanquam exordienti mihi, & de pueritię laudibus dicere incipienti terrorem multa afferunt, cùm plurimi existant, à quibus in hoc opere dissentiendum sit: quia tamen id est principijs omnibus commune, parui pendendum existimo, ne, ſi timiditas potentiæ aduersariorum nos cede re, compellat, præclarũ illud, quod est in con tranitendo positum, amittamus. Nam cùm intelligerem, mortalium plerisq; primam hominum ætatem aut infamem, aut certè leuitatis plenam censeri, videremq;, hunc errorem viris gratum, pueris nocuũ, Christianæ Reip. maximè perniciosum ferè à nullo compesci, eoque magis diffundi pestem, quò plures essent absurdæ opinionis nõ adiutores modò, sed etiam duces, rem sanè piam me esse facturum, putaui, ſi pueritiæ causam defendendã susciperem, vnusque aduersus actores multos patronus dimicarem. In ea autem ætate

(c) 2007 Ministerio de Cultura

commendanda, quæ diserti oratoris, qualem me esse, fatebor nunquam, propriæ nonnullis fortasse videbitur, hac vtar moderatione, vt nec de vera laude quicquam subtrahã, nec falsam comminiscar. Ac primùm de pueritię non vulgari excellentia dicendum mihi est, pòst diuersa opinantium rationibus respondebo, quorum multi conciliandi mihi sunt, quidam refellendi penitus, nonnulli errore liberandi. Videbam equidem ad eas virtutes persuadendas, quas pueris passim vel commẽdamus, vel præcipimus, nullam commodiorem esse rationem, quàm quæ ab ipsorum ingenio nascatur. Nam quamuis omnis ætatis cõmune sit, vt gloriæ stimulis ad res magnas gerendas incitetur, ad tamen nostræ huius, quam laudandam suscepimus, proprium esse conspicitur, quam laudis præmia tantùm oblectant, vt nulla sint alia, quibus celeriùs moueatur. Nec verò pueris leuiter incommodauit quorundam stulta, morosaque seueritas nil boni sibi prõmittentium de iuuenili ætate: quò factum est, vt frigeret adolescentum animus, nec se ad maiora posset erigere. Noster autem hic sermo nõ de pueris modò, sed etiam iuuenibus instituitur, qui omnes & cõ

(c) 2007 Ministerio de Cultura

temptui ſępe ſunt,& vitijs partim ſua,partim inſtitutorum negligentia inquinantur.Multa quidem à ſeipſis adoleſcentes habent,propter quæ debeant commendari,tametſi nullus ipſis moderator eſſet adiunctus. Incommodè enim nobiſcum actum eſſet,ſi nihil in ætate prima,niſi præſente morum rectore aliquo,facere poſſemus.Eſt magna in ipſa indolevis ad rectè viuẽdum, quam tamen multò maiorem,ac ſplendidiorem reddit ipſa inſtitutio.Qui ergo ſuperiore oratione cum ipſis conformatoribus,& magiſtris egimus, nunc ad pueros verba faciemus,quos ſuæ dignitatis(ſic enim loqui audemus)admonendos putauimus,ne ſe ad leuiſsima,vt facere conſueuerunt,poſthac abijciãt,ſed ætatis viribus freti ętate maiora concupiſcant.Multa eſſe puerorum ludicra, complura in adoleſcẽtibus vitia, propè innumerabilia iuuenum flagitia, confiteri neceſſe eſt:minimè tamen permitti debet,vt ſe ætatis excuſatione tegant, idque ſibi licere,quia iuuenta ferueãt,opinentur. Vnos præterea,non patiar, in ſuis impuberibus ludendi vſum quaſi tempeſtiuum arbitrari:contendimus enim,ętatem eſſe pueris virtuti,& honeſtati congruentem. Omiſsis ita-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

que,vel abiectis potiùs vitæ licentijs,quas ſibi illa ætas vitioſo more vendicat, quid ea non ſit,ſed poſsit,re,& rationibus exquiramus. Ac primùm quis erit tam excors,qui, humanæ naturæ parentem illum in ipſa hominum fabrica errauiſſe,credat? Vitę initium,& quaſi veſtibulum ſic ineptè fieri debuit, vt in ipſis foribus,ac limine offenderemus? Summa prouidere ſolet diligentia,qui ędes non modò ſplendidas,ſed etiam mediocres, & temperatioris artificij conſtruit,ne quid foris, & in ipſa fronte deforme ſit,quod interiora domus velut labe contaminet. Quę nos ratio mouere debet,vt ab eo, qui nil perperam facit,pueritiam ſumma cum prouidentia inuętam eſſe cogitemus. Nam quemadmodum in arboribus flos eſt,qui pręfertur initio,quo nil aſpectu iucũdius, & delectatione ſuauiùs eſſe poteſt, ita propè modùm ineuntis ętatis quædam eſt pulchritudo,ac primus decor futuræ poſteà in homine dignitatis,& excellentię pręſagium. Ocioſam,credis,faciei elegantiam,& vocis ſuauitatem? candorem illũ oris eximium reprehendendum,putas? Num diſplicet frontis ingenuus ille pudor, & genæ rubicundę? Flaua cęſaries,mites oculi,mollis

caro

caro, indicia ne sunt latentis alicuius in ętate facinoris? Maiora illa mentis synceritas, cordis nuditas, facilis ad omnia consensus, minimè captiosus sermo, omnis malitiæ voluntas expers, pectus nulla exagitatum commotione. Illa enim siue ad risum, siue ad luctum, siue ad iracũdiam, siue ad placabilitatem propensio sine vlla animi perturbatione fit, quæ infantibus esse nequit nondum mari in procellas, & fluctus exurgente. Iam illa, quę nomen ipsis dedit, puritas tam est cognita, vt minimè videatur esse explicanda. Est quidem ipsorum nenijs aliquid dandum. Suppeditat enim nobis scurrilis infantia, vbi mens ex negotiorum strepitu reficiatur, & aures conuitio defessę conquiescant. An putatis, tantam nos ferre posse contentionem, nisi animos puerorum iocis recreemus? Quid? quòd eorum, qui matrimonio coniuncti sunt, quotidiani luctus, damna, paupertas, dissidia, iurgia, domi, & foris acceptæ calamitates, priuata simultas, molestissimarum rerum tędia, faceti infantis adminiculo fiunt leuiora. Coniugatorum viri, ac fœminæ discordiæ solus est, qui modum statuat, pacificator filiolus, & tanquam arbiter litis dirimendę. Illo quasi

mu-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

mutui amoris pignore vir,&vxor,ne capitali exardescant odio,detinentur. Nec verò ioci pueriles solis parentibus oblectamento sunt: nam vicinos,propinquos, & quos nulla etiã necessitudo deuinciat,pueri mediocriter festiui sales recreant. Satis amplam oneroſæ nutritionis mercedem rependit infans, cùm fit mensæ parasitus. Nunquam profectò Socrates mortalium illa in ętate seuerissimus,infecta cruribus arundine, cum filiolis luderet, si puerorum nenias improbaret? Illud enim maximè serium putari debet,quod est cuiusque ætatis proprium,modò absit licentia, & quod est minium diligentissimè vitetur. Fecit idem,quod Socrates,magnus ille Lacedæmoniorum princeps Agesilaus,vt regis fortissimi,philosophique grauissimi exẽplo persuasi suas pueris nuces nõ inuitis eripiamus. Autoribus (quod in omni re & solet & debet valere plurimũ) cùm grauissimis vti possim, vno seruatoris Christi testimonio rẽ esse conclusam,arbitrabor. Non semel de pueris magnifica prędixit Deus, quos imitandos cũ omnibus,tum maximè discipulis illis, quibus suam vicem delegaturus esset,& mundi salutem commendaturus,proposuit. Infantium

(c) 2007 Ministerio de Cultura

similes esse oportere selectissimos illos Apostolos, veritatis magister affirmauit, vt expeditus, facilisq; in cælum patere ipsis adituspos set, & ætatem incusare audebit quisquam diuini oris præconio commendatam? Vitam il lam, qua cælites perfruuntur, omnibus delicijs, & commodis affluentem non aliter esse adipiscendam, qui fallere haud potest, asseruit, quàm simplicis pueri arrepta similitudine, & ignominiosum putabis, quicquam operæ, officijve in eam ætatem contulisse? Tenera Christus capita libentissimè amplecti fuit solitus, duodecim illis, quibus vicaria ipsius Dei potestas futura erat, reprehẽsis, quòd pusiones, ne se illi adiungerent, prohiberent: te non tuæ morositatis pigebit, qui pueris offenderis nulla sæpe causa, teq; illis prębes implacabilem? Hæc ætas triumphanti Christo, perque mediam Hierosolymam gradiente faustis acclamationibus applausit: sed Christi aduersarijs indignè ferentibus, voceſq; importunissimas iactantibus liberatoris nostri voce responsum est, Dauidicum illud esse vaticinium, quo monemur, infantium linguis diuinas laudes perfectè prædicari. Vt, quod de Saule in sacris literis legimus, faciamus missum,

(c) 2007 Ministerio de Cultura

ſum,quem Deus regno præfecit,quòd pueru li mentem inſolentia omnino vacuam in illo reperiſſe.Suntné,quos regas faciliùs? terreas citiùs? defendas iuſtius? torqueas crudeliùs? Hæc eſt ætas,quam non inflammat libido,nõ extollit ambitio,non perturbat iracundia,nõ eneruat voluptas,nõ incitat cupiditas, timor non debilitat,peccata non fœdant, conſcien tia non exagitat,rumor aduerſus non obſcurat.Gratulor tibi,pueritia,quæ,vt ſanctus dicit Auguſtinus,facilè intras per anguſtã portam:vt Diuo Chryſoſtomo videtur,perfectã ætatẽ imperfecta vincis:vt ſacer affirmat Hieronymus,iniuriarum facilè obliuiſceris: pulchræ mulieris aſpectu turpi amore non exardeſcis,nec,cùm aliud corde ſentias,aliud lingua mentiris. Tu mala toleras,inimicis parcis, tua communicas,omnes recipis, exigua poſcis,virorum facta ad viuum exprimis,contra ſenilem ſtultitiam non ſemel in teſtimonium vocaris.Satis multa hucuſque diximus de illis virtutibus pueritiæ,quas etiam vulgus cogni tas habet:nunc ad alia veniamus huius ætatis encomia.Non enim pueritiæ laudes ille ſunt tantùm,quæ vulgò exiſtimantur, oris venuſtas,generoſa multorum indoles,candor animi,

(c) 2007 Ministerio de Cultura

mi,vitæ innocentia,morum facilitas: nam vires,religionem,consilium,ingenij magnitudinem maxima,&difficillima cognoscentem huic ætati inesse contenderim : quorum singula qualia sint,quæso , Christianæ Lector, considéremus , nec fidem mihi postulo non probanti.Et quidem quod ad vires attinet,facillimum dissertu est , quotidie namque nos ipsi cernimus,quot,& quanta pueri aut inuiti tolerent,aut etiam sponte sufferāt.Etenim cùm mecum tacitus animaduerto puerorum ludos,quorum multi acerbi sunt,& iracundi, cùm quotidianas plagas considero,cùm vulnera,cùm ruinas,cùm prælia,cùm calcis,pedisque iniurias,cùm verbera immanissima meditor , teneræ ætatis nomen tollendum existimo:cùm nullum sit tempus hominibus siue à natura,siue fortuna datum, in quo plura , & grauiora tormenta perferantur.Hoc Quintilianus mirari solebat,qui pueritiam minùs reliquis ætatibus fatigari dixit : hoc idem pene obstupescens diuino natus ingenio videbat Augustinus,qui admiratione dignas vigiliarum,& inediæ molestias in pueris iudicabat. Exiguum nevobis censeri debet,vt,cùm pueri frequentissimè vapulent,ipsorumq; ærum

nas

(c) 2007 Ministerio de Cultura

nas viri non leuent miserando, sed augeant cachinando, aduersam fortunam pueri ęquo animo tolerent, & nunquam de suspēdio cogitent? Leui quodam accepto infortunio, viri etiam fortes debilitantur, & succumbunt, pueri verò in Phalaridis tauro constituti (nā sępe his peiora ad excruciandam teneram ętatem magistri, si modò magistri, & non carnifices appellandi sunt excogitare solent) eum diligunt, à quo tam sæuè torquentur. Est qui audeat virtutis opera, licet illa difficilia sint, ab hac ætate seiungere, cùm vigorē in illa videamus cum corporis firmitate coniūctum? Spartani pueri ad necem vsque in ara Dianæ verberibus cædebantur, quorum non modò non exclamauit quisquam sed ne ingemuit quidem, & Christianam pueritiam ociosam, & petulantem esse sinemus? Sanctus ille ex Græcia Metaphrastes, in Chonensi regione puerum nomine Archippum fuisse, commemorat, de quo tam prędara dicit, vt, cum monachorum optimis possit conferri. Annos natus decem sancti Michaelis Basilicæ ædituus esse voluit, quo in munere vsque ad vitæ finē constantissimè permansit. Ea in ætate panis vsum ignorauisse fertur, herbisq; agrestibus victi-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

victitasse, quas sine sale coctas post dies octo comedebat. Pro culcitra lapides, pro puluino sentes puerulo fuerũt. Taceo verbera ab Ethnicis hominibus puero illata, quòd eius inuiderent probitati. Si Plinio credimus (ego autem vix adducor, vt credam) puer annorum nouem à meridie ad vesperum septuaginta-quinque millia passuum incredibili cursus celeritate confecit. Non est huic ætati vitioso more parcendum, quam Athenienſis ille Co non militiæ idoneam iudicauit. Inuictę puerorum fortitudini coniuncta religio est, quæ in infantia, nescio quomodo, lucet plurimũ. Sacras enim res, templa, imagines, diuinos antistites, aras, precatorios calculos suspicere pueri, ac venerari consuescunt. Peccati nomẽ inuisum habent: nulli sunt alij (id, quod pace adultorum dixerim) qui sacerdoti ad altare vel sciant, vel velint ministrare. Nostræ legis præcepta, nostræ fidei neruos illos, quos & articulos dicimus, nostræ matris Ecclesiæ sanctiones illas quinque in promptu habent. Huic ætati quasi fatalem esse religionem, testis est Abelus ex primis mundi fratribus duobus natu minor, cui pueri iusti nomen dedit religio, sicque eum in sacro Missæ canone nũ

(c) 2007 Ministerio de Cultura

cupamus: testis est Babylon superbissima, cuius statuæ qui insultarent, tres pueri reperti sunt, quibus ob insignem pietatem fornacis flammæ pepercerunt: testis est Iudæa, quę infantium sanguine redundauit: testis est Africa, quæ duodecim infantes, quòd veræ fidei assertores essent, ab Arrianis vna die iugulatos vidit: testis est Hispania Iusti, & Pastoris monumento apud Complutū decorata, qui relictis alphabeti tabellis ad martyriū properarunt: ossa verò eorundem ex Oscensi vrbe Complutum in patriam glorioſsimo triumpho, qualem multis seculis nec legimus, nec meminimus fuisse Rom. Pontificis Pij V. benignitate, & Philippi secundi nostri regis pietate adiutrice nostris temporibus Complutē ses ipsi reduxerunt: testis est latissima illa regio Indica, vbi Christiana gēs nuper ex ignorantiæ tenebris explicita fortes, & constantes in semel accepta religione se habere pueros gloriatur: testis est Germania, cuius restauran dæ non modò spem, verùm etiam rationem in pueris esse, cognoscimus: testis est Constā tini Basilica sanctissimæ virginis, & Christi parentis venerationi dicata, quam pius ille princeps nostrę fidei Zorobabel (vtar enim liben

ter

ter Theodoreti verbis) ingentibus columnis & ornari, & firmari iusserat: verùm diffidenti penè architecto de postiũ locatione, quòd præ vastitate, ac pondere nulla eos arte figere sedibus posset, per visum virgo se castissima monstrauit monens, vt tres pueros ex illorũ numero, qui ad scholas eũt, vocet in auxiliũ, quorum deinde adiutus ope insanę magnitudinis pilas suis locis, populo cernente, collocauit. Quàm me hæc delectat historia, à sancto Gregorio Episcopo Turonense accepta, quę pueros literarum studiosos, quibus ego plurimùm afficior, nostræ Virgini, omniumque sanctissimæ parenti gratos esse, testatur. Quamobrem, qui de Christiana religione bene mereri studuerint, in hanc curam potissimùm incumbant, puerosque libenter perdoceant Protogenis viri optimi, & sapientissimi exemplo, qui, vt est apud Cassidorum, ludi magistrum se fecit volens humanæ peritię autoramento allectos pueros in Christianis legibus erudire. Nec quidem eum fefellit opinio, nam vrbem Antinoũ mali dæmonis cultoribus plenam repleuit sanctitate: quẽ etiã, Deus, præmij loco miraculis ea in vrbe clarere, voluit. Ad pueros redeo, qui non solùm re-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

ligiosi sunt, sed etiam illos, à quibus videntur, religiosos faciunt. Quoties adolescentuli, tyronesque veteranos, & antiquos sacrę militię viros omni virtutũ genere superarunt? Quã multos nouimus ex ijs, qui nondum ex ephœbis excesserant, quos nunquam amœnitas ad delectationem, leuitas ad risum, fauor ad insolentiam, doloris magnitudo ad querelam, copia ad luxum, morbus ad desidiam, acerbitas ad iracundiam, labor ad quietem inuitauit. Quæ sibi incusserint verbera, quos metus profligatis hominibus inuexerint, quem honoris, ac gloriæ contemptum prę se tulerint, quas pudicitiæ palmas impetrauerint, quanta vitæ asperitate rebellem carnem domuerint, quibus mentis gaudijs in sancto contẽplationis ocio exultauerint, non attinet dicere, cùm sæpe contingat, labentem pietatem puerorum humeris sustineri. De consilio, quod in pueris esse diximus, mirabitur fortasse quispiam, id ita à nobis fuisse confirmatũ: verum tamen vnius Solomonis exemplo partem hanc, quæ senũ propria est, corroborandã duximus. Is enim natus annos duodecim (vt ille summis ornamentis ingenij, virtutis, sanctitatis, & eloquentiæ præditus Hieronymus

(c) 2007 Ministerio de Cultura

mus autor est)administrandi regni curam su scepit. At enim, ne quis mihi obijciat, succes-sorum penuria id ita esse factum, multi erant Solomoni fratres, quibus etiam dignitas corporis, & facies regno aptissima suffragari videbatur . Sed cùm illos Solomon prudentia vinceret, principatu dignus est repertus . Moriens itaque Dauid res grauissimas, perditisq; hominibus maximè funestas Solomoni filio commendauit. Sed quoniam hæc laus prę-pta senibus videri poterit, quorum id est maximè proprium, vt iuuenes regant prudẽtia, ne virtutum pueritiæ iniquus assertor esse videar, ad ingeniorum acumen, quod mihi extremum proposuerá, nostra vehatur oratio. Vtinam , quæ de puerorum ingenijs dicturi sumus interdum fallerent , quæ summo cum Reip. malo vera esse reperimus. Nostris enim his temporibus, si vnquam aliâs, tanta in ephę bis acrimonia cernitur, vt nulla sit etiam occultissima peccãdi ratio, nullum turpitudinis genus, nullus argutiarum modus , quem homunculi aut nesciant, aut ignorent. Vnde, rogo, emendi, vendendiq; dexteritas? vnde dati, acceptiq; memoria? vnde nominum imponendorum festiuitas? vnde legunt, ludũt, ne-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

gociantur, discunt, cogitant, meminerũt, scribunt, docent, nisi quòd prima ætas intelligendi vim priùs ferè, quàm nascitur, adipiscitur? Veloces animorum motus, & incredibilẽ ingenij celeritatem, quæ pusionibus esse solet, cùm Socrates admiraretur, existimauit, eos illa omnia iam ante cognita reminisci. Nõ est quidem hac in re Socrati, eiusve discipulo Platoni assentiendum, sed nos, quid ansam opinioni Socraticæ prębuerit, explicamus. Nam illa in pusillis rerum difficillimarũ velox intelligentia nõ tum primùm literas discentis, sed oblita recordantis philosophorũ principi esse videbatur. Quo circa Plato, sex annorum pueros ad scientias, & literas perdiscendas, cẽ suit, aptissimos. Gordianus ille, qui in senectute factus est Imperator, tantùm ingenio valuit, vt puer admodum luculentos triginta libros versibus composuerit, in quibus res gestas, vitamque Marci Aurelij, & Antonini Pij disertissimè conscripsit. Quæ, quia Capitolinus narrat historię Romanæ inuestigator diligens, vera esse credimus. Quamobrem in cusandi summopere illi sunt, qui, puerorum ingenia inculta esse, patiuntur, aciem mẽtis hebescere permittunt, illosque bonis artibus nõ

eru-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

erudiunt. Quòd ſi ab eorum inſtitutione va-
cetur, omnis illa ingenij fertilitas, vt in pingui
ſolo euenit, in vepres, ac ſpinas erumpat, neceſ
ſe eſt. Qua in re antiquorum inuideo diligen
tiæ: illi enim ſuos liberos diſtricta ſeueritate li
teris addicebant . Neque enim illos latebat,
quanta eſſet pueritiæ vis, quam, vti apertè mõ
ſtratũ eſt, corporis firmitas adiuuat, magnani
mitas erigit, religio ſtabilem facit, conſilium
ornat, ingenij præſtãtia comitatur. Sed enim
viri clariſsimi, ſanctiſsimiq; hanc ętatem non
modò incuſant, verùm etiam criminantur.
Inuidiam illi, loquacitatem, inconſtantiam
pueris obijciunt. Horum ego iudicium lon-
gè antepono meo: ſed nec cum ipſis conten-
tio mihi eſt, quos, ſcio, non de ætate, ſed de
corruptis moribus laborare. Fateor equidem,
nõnulla eſſe vitia, quę rarò à pueris malè inſti
tutis ſeparẽtur. Suis vnaquęq; ętas vitijs velut
armis hoſtilibus oppugnatur. Iuuentam libi-
do inflammat, virilem ætatem ambitio occu-
pat, ſenectutem auaritia contraminat, pueris
inimica eſt leuitas, quam non eſt difficultatis
ſummæ vincere, cũ multa ſint aduerſus hunc
morbum conſtituta remedia, metus videli-
cet, pudor, magiſter, obiurgatio, minæ, flagel

(c) 2007 Ministerio de Cultura

la, quę ſunt non longè petitæ medicinæ. Nullam, ſanctus Ambroſius, imbecillem eſſe ætatem, dicit, ad beatitudinem conſequendam, qui etiam malè ſanus adoleſcens, inquit, (de filio loquebatur prodigo) ætatis detrimenta nulla ſenſiſſet, ſi patrem non deſeruiſſet. Quò fit, vt illi errent turpiter, qui propter ætatem, pueros aut contemnendos putant, aut etiam deſperandos. Qui ſi animaduerterent, omnia principijs ineſſe (vt ille apud Ouidium Ianus affirmat) nunquam de prima ætate tam temerè locuti fuiſſent. Etenim, ſi ex tãtulo fici grano, ſi ex acino pertenui, ſi ex minutiſsimis ſeminibus tam magnos truncos, tamque ingentes ramos natura procreat, quis tam iniquam agit cenſuram, vt deſpiciendis minimis vim ſe naturæ ignorare demonſtret? Quid tam felix, tam eximium, tam procerum, tam latè diffuſum, quod non initio paruum, humileque fuerit? Non eſt virtus annorum numero æſtimanda: nam quemadmodum ſenex libidinoſus, & auarus propter canos, & rugas auctoritatem non conciliat, ita puer, ſi cætera bona ſint, ætatis nomine tantùm abeſt, vt vituperari debeat, vt etiam maior illi ſit inde laus, & honoris amplitudo. Quare videant, qui

hoc

(c) 2007 Ministerio de Cultura

hoc ingenio ſunt, ne ſit per iniquum, & minimè ferendum, vt ætas, quæ virorum adminiculo nititur, ab ijſdem deſeratur, quorum patrocinio iuuari par eſſet. Vitia, ſi qua fuerint, odiſſe, & punire liceat: verùm illa, quæ in multis eſt, aduerſus pueros præiudicata opinio, probari mihi nunquam potuit. Horum ego faſtidium, & contumaciam tam pernicioſam eſſe, exiſtimo, vt putem cum Pharaonis ſæuitia contendere, qui Hæbraicæ ſtirpis mares omnes, cùm primùm nati eſſent, abolebat. Nam quid aliud (pròh diuinam fidem) tetrici quidam, & moroſi faciunt, dum ab infantibus animos habent alienos, quàm præcidere omnem virtutis ſpem, quæ in vna pueritię facili, benignaque educatione poſita eſt? Quantò melius, & Chriſtianæ pietati coniunctius illorum munus eſſe, iudico, qui cùm minimè ignorent, quæ ſit in ætate prima vis, quanta docilitas, quàm magna præſentium bonorum vbertas, futurorum ſpes, multò amplior, omni ſtudio conantur ætati indigentiſsimæ ſubuenire. Hoc illorum eſt negocium, hoc ocium, hic labor, hæc quies, hoc præſidium, hæ ſunt ſtatiuæ vigiliæ, nec, ſomnum huius curæ expertem

(c) 2007 Ministerio de Cultura

esse, patiuntur. At est importunus labor. Credo id ita videri nonnullis, quòd sint tarditatis, & pigritiæ amatores. At est opera inanis. Quid enim solidum à pueris præstari potest? Obsoleuit iam ista ratio re magis, quàm verbis refutata. Omitto enim prisci temporis innumerabiles pueros, qui se pro Christo morti deuouerunt: non dico virtutum exempla huius ætatis, quorum pleni sunt libri: prętereo nationes integras, florentissimas vrbes, illustrissimas familias puerorum rebus gestis nobilitatas, cùm nullus tam remotus angulus sit, quò non ætatis minimæ fama peruaserit. Ego quidem persuadeo mihi, historiam pręclarissimam ab illo posse conscribi, qui multas priuatorum domos perlustrans, maximè post hunc religiosæ educationis vsum, facta puerorum indagare vellet. Temperantiæ non vulgaris, prudentiæ plus, quàm senilis, fortitudinis inauditæ, iustitiæ memorabilis, patientiæ singularis, constantiæ mirificæ, castitatis angelicæ, charitatis insolitæ, moderationis eximiæ, continentiæ perfectissimæ, religionis summæ, pietatis egregię, omniumque virtutum exempla etiam non vocata occur-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

currerent. Scio, huiuſmodi hiſtorico fœ-
diſsimarum rerum copiam minimè defutu-
ram: ſed quę flagitijs idonea eſt ætas, eadem
ſuis freta viribus, quæ valent in vtramque
partem, honeſtiſsima erit, modò ad virtutem
traducatur. Queſo igitur à vobis, pueri,
itemque iuuenes, vt veſtrę dignitatis, & na-
turę recordemini, intelligite, nullam eſſe
ętatis excuſationem, quę, vti iam ſatis expo-
ſuimus, aptiſsima eſt ad honeſtatis gloriam,
ad artes, exercitationeſque virtutum: redu-
cite in memoriam, qualis multorum pue-
ritia fuerit, de quibus magna ſcriptores prę-
dicarunt: moueat vos illorum ęmulatio,
quos ipſi in ętate tenera glorioſos aſpexi-
ſtis: vobiſcum reputate, quid poſsitis, quan-
tùm valeat pectuſculi ardor iſtius, quid par-
ui deſignent ocelli, quantas veſtri ignicu-
li ſiue prauę cupiditatis, ſiue diuinę chari-
tatis, honeſtique amoris faces poſsint accen-
dere. Macti virtute adoleſcentes progre-
dimini, quò veſtrum vos fatum vocat, Chri
ſti fauor inuitat, parentum adhortatio im-
pellit, religioſę educationis commoditas
allicit, glorię ſtimulus incitat, propria ve-
ſtra

(c) 2007 Ministerio de Cultura

stra mens ducit; & nostra hęc inepta fortasse, veruntamen amoris, & beneuolentię plena inclinat oratio.

DE

DE RELIGIONE.

Liber tertius.

PVerorum inſtitutionis in Deum pietas initium eſſe debet, quo cæ tera omnia ſancto inchoata principio felicem exitum ſortiantur. Quæ enim Deus in mundo eſſe voluit, omnia ſiue animata, ſiue inanima illa ſint, hominis ea vſibus deſtinauit. Hoc verò diuinum animal ſui opificis, effectoriſque Dei tum cognoſcendi, tum maximè colendi gratia genera uit. Quapropter non alia in primis noſtros alumnos doceri oportet, quàm quæ ad religionem, & vitæ ſanctitatem pertineant. Diſcat ergo noſter adoleſcens ante omnia, neceſſe eſt, rem diuinam auſcultandi modum, precandi normam, implorandi numinis rationem, & cumulandarum virtutum induſtriam ſalutarem. Veterem conſuetudinem, vſitatumq; noſtrum morem exempla narrandi ſeruabimus: religionis enim præcepta dare, quæ in catechiſmis copioſè exponuntur, non eſſe arbitror neceſſarium, cùm præſertim in continente oratione ſint, ipſeq; ſingulo-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

lorum capitum index breuem præceptionẽ ferè complectatur.

De pietate in Deum ſeruanda, intimiſque affectibus Vniuerſitatis illo parente diligendo. Cap. I.

DIVINA.

De Abelo.

QVàm eſſe debeat homini charum, & antiquum Deum ipſum & precibus, & ſacrificio venerari, tertius homo Abelus iã inde à mundi ortu declarauit. Cùm enim paſtor eſſet ouium, gregeſque opimos voluntate longè pleniore domino mactauiſſet, Deo ſic grata, acceptaq; hoſtia fuit, vt igne cęleſti, non humano adoleretur, Caini fratris ſpreto ſacrificio tãquam ſterili. Indignè tulit Cainus prælatam fuiſſe germani hoſtiam ſuę, fratremq; inuidia exagitatus interemit. Sed parricidium Abelo profuit, primus enim eſſe meruit ex iuſtis, viamque ad glorioſam mortem pro virtute oppetendam ducis animoſi inſtar præmuniuit.

Gene. c. 4.

De Enocho.

CVm ſe Dei obſequio Enochus ille antiquiſsimus dedicaret, nec illorum facta imi-

Gene. c. 5. Eccleſ. 44.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

imitaretur, qui longa vita cõfisi, & terræ, quæ noua erat, vbertate allecti, virtutis viam deserebant, ad meliorem vitæ conditionem translatus est. Fertur enim in paradiso viuere, vbi omnibus circumfluit vitę oblectamentis: quẽ etiam mors feliciſsima pręstolatur. Nam cum hoste Christiani generis capitaliſsimo, immi nente mundi exitio decertabit. Ex qua dimicatione ille victor euadet, qui victus, occisusque videbitur. Nimirum Enocho felix religio fuit, quem vel ante obitum beatum, & miseriarum expertem intuemur. *Apoc. 11. S. Isidor. lib. de patribus veteris testa.*

De Noe.

SEcundus ille parẽs humani generis, quòd sanctè, & religioſè vixerit, arcæ præsidio, quam ipſe fabricauerat, catachlyſmi, generaliſque inundationis impetum ſuſtinuit, & fregit. Taceo Abrahamum, & patriarchas omnes, quos pietas ſummè fecit locupletes. Nil enim nouum dicimus, cùm, benignum, & liberalem erga homines probos Deũ eſſe, prędicamus, quando etiã de ſe male meritos amplisſima ope iuuare conſueuit. Magni tamen intereſt, vt dextera nobis benefaciat Deus: nã ſiniſtræ beneficia ſunt, quæ peſsimis hominibus *Gene. 6.*

(c) 2007 Ministerio de Cultura

bus tribuuntur, illaque irati Dei pignora iudicantur.

De Iobo.

Iob c.1. PLena est exemplorum sacra pagina, sed oratio modum adhibebit, illaque nos tantùm persequemur exempla, quæ sine graui ipsorum iniuria taceri non possent. Quare mortalium patientissimi Iobi sæpe repetita religio nunquam fastidio esse poterit, quem inter epulas, & deliciarum affluentiam nullam quá pietatis remorata est obliuio: lautè enim prandẽtibus liberis, victimas Deo Opt. Max. salutares diebus singulis ipse offerebat. Illa deniq;, vt rem in summa complectar, homini vel locupletissimo religio fuit, vt cælitibus, ipsique Deo in supremo illo, & maximè felici confessu mirabilis, dæmoni vero cùm acerba, tum inuidiosa fuerit.

De Ruth.

Ruth c.1. cũ sequent. MOabitis illa Ruth ex ignobili, & paupere clarissima, ditissimaque facta est: quę spreto suæ gentis in colẽdis idolis ritu, socrus Noëmi religionem veram complexa fuit. Fidelem nurum minimè fefellit opinio, cui nõ multò pòst diues maritus præter spem obtigit,

(c) 2007 Ministerio de Cultura

git, vnaq; ex illis esse meruit, quæ in Christi prosapiam ingrederetur. O præclarum illum diem, quo, præsente Noëmi, ac de reuersione in patriam cogitante, sapiéter, imo diuinitus acclamasti, populus tuus populus meus, Deꝰ tuus Deus meus. *Matth.1.*

De Propheta Elia.

SAnctissimi vatis Eliæ feruor, studiumque in Dei cultu propagãdo eloquentioris hominis linguam flagitabat. Qui vitam sibi acerbam duxit, quòd vera vnius Dei religio miserabili ruina laberetur. Pium hominem vehementer angebant euersæ aræ, deleta altaria, vasa in profanos vsus detorta, idolorumque nefaria simulacra. Quo animo, qua fiducia impios ariolos ense contrucidauit! quantùm exultauit parta de inimicis victoria? Quid nõ fecit, vt pietatem vel priscam conseruaret, vel senescentem renouaret, vel iacentem erigeret, vel ruentem humeris sustineret, Raptus est igneo curru in paradisum, qui ita vixit, vt semper Deum præsentem habuisse videatur. *Reg.3.c.18. & 19. & 4. Reg.c.2.*

De Machabæo Iuda.

RErum gestarũ gloria clarissimus ille Machabæus Iudas inter rara pietatis exem-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

pla haud immeritò poteſt numerari. Belli ne
Mach. 1. c. 3. 4. 5. 6. & li. 2. & c. 8. 9. 10. 12. gocia hic ſapienter egit, religionis opus ſolici ta cura adminiſtrauit, patriam ſæua tyranni- de eripuit, pro mortuis Deo ſupplicauit, qui- bus precibus, & pecunia ſuffragatus eſt: cùm dimicaret, exercitum habuit abſtinentem, ci- licineq́; veſtis amatorem. Iam verò pietatis, & religionis hoſtibus tanto terrori fuit, vt eũ finitimi omnes & timerent, & magni facerẽt. Adeo magnum eſt, vt princeps ſanctitate pol leat. Exemplum autem hoc referri poteſt ad vtrumq́; Iudam, de altero quidem in primo li bro, de altero in ſecũdo celebris hiſtoria per- hibetur.

De Anna vaticinatrice.

Luc. 2. MEmoriæ proditum eſt ab eo, qui nil fal ſum dicere potuit, fuiſſe aliquando vi- duam mulierem, quæ noctes, atque dies in tẽ plo ieiuna permaneret, Deumq́; aſsiduis preci bus exoraret. Quam puer Ieſus ſuo benigniſ- ſimo conſpectu dignatus eſt, cumq́, ſe multis occultaſſet, monſtrauit ſe illi, Se enim mutuò iuuant, nodoq́; arctiſsimo complectuntur ie- iunium, & oratio, vt, qui illis prædítus fuerit, cælo ſe potiturum ſperare, meritò poſsit.

De

(c) 2007 Ministerio de Cultura

De Sancto Hilarione.

MVltorum monachorum dux, & rector factus Hilarion vicinas religioſorum domos ſolitus fuit ſua preſentia conſolari. Cùmq; aliquando die Dominica multis ſtipatus comitibus, qui ter mille erant, ad optimũ quendam ſolitarium, qui Sabas dicebatur, diuertiſſet, vnicamq; vineam laſsis Hilarionis ſocijs, cibique indigentibus hoſpes conceſſiſſet, pius vetuit Hilarion ſeuera quadam imprecatione adhibita, ne monachi quicquam guſtarent, niſi prius omnipotenti Deo precum, Pſalmorum, & rei Diuinę penſum abſoluiſſent. Dei regnum imprimis eſſe quęrendum pater optimus iudicabat. *Hier. in vita Hilarionis.*

Iuriſiurandi ſancta ſit, & inuiolata religio. Cap. II.

De militibns Saulis regis.

IVriſiurandi religio, quam noſtris temporibus paſsim cernimus violari, ſancta olim, intactaque fuit. Cùm enim rex Saul milites ſacramẽto aſtrinxiſſet, ne ante ſolis occaſum cibo veſcerentur, nemo fuit in tãto numero repertus, qui grauem inediam leuare auderet, cùm preſertim ingens mellis copia obla- *Reg. 1. c. 14.*

(c) 2007 Ministerio de Cultura

ta esset. Ionathas verò, qui ignarus iurisiuran di nonnihil ex fauo comederat, idque labijs primoribus, iam erat supplicio afficiendus vl timo, nisi multitudinis præsidio concitatam in se patris iram effugisset. Multum, pròh dolor, à maiorum curriculo deflexímus, qui nil venalius sacris affirmationibus habemus.

De quadam religiosa muliere.

S. Chryso. homil. 11 super epist. Pauli ad Thessa. 1. c. 5.

MAtrona vixit diui Chrysostomi ætate, quæ seruum habuit sceleratum, bonorum dissipatorem, intolerandisque moribus, quem ob eam causam vendere statuerat. Erat autem mancipio vxor, quam, ne à marito se iungeret, venditionis lege à se etiam abalienare decreuerat. Sed enim fidelis hęc ancilla, cognito heræ consilio, suam incusabat fortunam, quòd nollet nouam experiri seruitutẽ. Agit itaque cum religiosa quadam fœmina, suæque dominæ familiarissima, vt venditionem interpellet, quam vt magis obliget, diligentioremq; ad opitulandum reddat, huiusmodi obtestatione deuinxit, quam fœminæ charam esse, & minimè contemnẽdam, probè intelligebat: Age, inquit, & pro me heram obsecra, ita Christum secura videas in metuẽ

do

(c) 2007 Ministerio de Cultura

do illo finis ſupremi die, quo videlicet diuina, humanaque omnia contremiſcent, ſuperа, & infera mouebuntur. Diſceſsit muliercula, poſteà, quàm hæc effata eſt, religioſęq; mulieri è memoria excidit alia videlicet agenti, quid miſera ancilla popoſciſſet. In ipſo tamẽ meridiei puncto venerandæ obteſtationis recordata eſt, qua illam ſerua conſtrinxerat, indignationemq́; metuens diuini numinis ad ædes properat viduæ, vt ſeruæ lamentantis venditionem impediret. Mercede nó caruit tam religioſa formido: quippe eadem nocte, quæ diem illum ſecuta fuerat, Chriſtum vidit, patenteſq́; cælos, vidit, inquam, ea ratione qua mulier adhuc viuens, & veſtita carne poterat intueri. De facto propter ſummam Chryſoſtomi autoritatem hiſtoriam narrantis dubitari non debet: de iure nulla eſſe controuerſia poteſt: nam religioſè viuentibus, pioque timore affectis: nihil non diuina bonitas largietur.

De Atilio Regulo.

HIſtoriam Reguli, qui vitę religionem antepoſuit, ijſdem verbis, quibus à Cicerone narratur, commemorandam putauimus, *Offic. 3.*

(c) 2007 Ministerio de Cultura

ne Tulliana eloquentia lectores fraudauiſſe videamur. Mar. Atilius Regulus, inquit ille, cùm Conſul iterum in Africa ex inſidijs captus eſſet, duce Xantippo Lacedæmonio, Imperatore autem patre Annibalis Hamilcare, iuratus miſſus eſt ad Senatum, vt, niſi redditi eſſent Pœnis captiui nobiles quidam, rediret ipſe Carthaginem. Is, cùm Romam veniſſet, vtilitatis ſpeciem videbat, ſed eam (vt res declarat) falſam iudicauit. Quæ erat talis, manere in patria, eſſe domi ſuæ cum vxore, cum liberis, quam calamitatem accepiſſet in bello communem fortunæ bellicæ iudicare, tenere conſularis dignitatis gradum. Quis hæc, neget, eſſe vtilia? quid cenſes? Magnitudo animi, & fortitudo negat. Num locupletiores quæris autores? Harum enim eſt virtutũ proprium nil extimeſcere, omnia humana deſpicere, nil, quod homini poſsit accidere, intolerandum putare. Itaque quid fecit? In Senatũ venit, mandata expoſuit, ſententiam, ne diceret, recuſauit, quamdiu iureiurando hoſtium teneretur non eſſe Senatorem, atq; illud etiã (ô ſtultum hominem, dixerit quiſpiam, & repugnantem vtilitati ſuæ) reddi captiuos, negauit eſſe vtile: illos enim adoleſcentes, & bo-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

nos duces esse, se iam confectum senectute. Cuius cùm valuisset autoritas, captiui retenti sunt. Ipse Carthaginem redijt, neq; eũ charitas patriæ retinuit, nec suorum. Neque verò tum ignorabat, se ad crudelissimum hostem, & ad exquisita supplicia proficisci. Sed iusiurandum conseruandum putabat. Itaque tum, cùm vigilando necabatur, erat in meliore causa quàm si domi senex, captiuus, periurus, consularis remansisset.

De Senatu, Censoribusq; Romanis.

ROmani illi Cẽsores de re nulla seueriùs, quàm de iureiurando iudicabant. Histo- *Ibidem.*
ria, quam idem Tullius explicat, comprobari hoc potest, cuius nos verba subijciemus. Sed vt laudandus, inquit, Regulus in conseruando iureiurando, sic decem illi, quos post Cãnensem pugnam iuratos ad Senatum misit Annibal, se in castra redituros ea, quorum potiti erant Pœni, nisi de captiuis redimendis impetrauissent, si non redierunt vituperandi. De quibus non omnes vno modo. Nam Polybius bonus autor imprimis scribit, ex decẽ nobilissimis, qui tunc erant missi, nouem reuertisse, à senatu re non impetrata: vnum, ex

(c) 2007 Ministerio de Cultura

decem, qui paulò pòst, quàm egressus erat è castris, redijsset; quasi aliquid esset oblitus, Romæ remansisse. Reditu enim in castra liberatũ se esse iureiurando interpretabatur non rectè. Fraus enim distrinxit, nõ dissoluit periurium. Fuit igitur stulta calliditas peruersè imitata prudẽtiam. Itaque decreuit Senatus, vt ille veterator, & callidus vinctus ad Annibalem duceretur. Acilius autem, qui Græcè scripsit historiam, plures, ait fuisse, qui in castra reuertissent, eadem fraude, vt iureiurando liberarentur, eosque à Censoribus, omnibus ignominijs notatos. Vide Senatorũ, Censorumq; vniuersum ordinẽ de religione conseruanda solicitum. Tu ergo verissimum Deũ totis viribus cole, &, quæ ad ipsius obsequiũ pertineant, caue feceris mente versuta, ne fœdus, flagitiosus, & turpis habearis.

De sanctissimæ altaris hostiæ in explicabili maiestate: deq; eius vsu salutari. Cap. III.

De Serapione.

Euseb. Eccle siast. hist. li. 6. c. 34.

DEos inanes post acceptã sacræ vndæ gratiam, tyrannorum minis tremefactus Serapion adorauit. Sed cum delicti eum pœnitet,

ret,

(c) 2007 Ministerio de Cultura

ret, ſanctoq; Eccleſiæ gremio reſtitui ſe ſup-
pliciter poſtularet, mori non potuit ad extre
mum deductus, cùm triduo ſine ſenſu iacuiſ
ſet, donec vitalem eſcam, cuius fuerat appetẽ
tiſsimus vidit in ſuum pectus intromiſſam.
O verè felicia naſcentis Eccleſiæ tempora! cũ
res ſacras Chriſtiani, rurſumque Chriſtianos
res ſacræ diligebant.

De Caſsio Eiſcopo.

NArnienſis Eccleſiæ Pontifex Caſsius, cũ nullo vnquam die ſanctiſsimum Chriſti corporis ſacrificiũ offerre deſijſſet, à ſuo admonitus fuit presbytero, vt in incœpto perſiſteret, futurum enim erat, vt feſto die, qui Eccleſiæ principibus Petro, & Paulo menſe Iunio conſecratur, è vita migraret, fieretq; immortalis, idq;, vt Epiſcopo diceret, à Deo impetratum ſibi eſſe, presbyter aiebat, perpeſſumq; verbera, quòd diu cunctatus eſſet, denunciareq; mortem timuiſſet. Vaticinationẽ probauit euentus ipſe: nam poſt ſeptem annos Apoſtolorum Petri, & Pauli feriis poſt peractum Miſſæ ſacrificium Caſsius fine glorioſo quieuit. Vtinam ſacerdotes ita viuant, vt iure optimo incruentam illam hoſtiã ſum S. Gregor. hom. 37.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

mo Deo quotidie offerre posſint. Vtinam, qui ſacris initiati non ſunt, diebus ſingulis rẽ diuinam audiant, quod eſt auſpicatiſsimum negotiorum gerendorum initium.

De Angelis ſacram Euchariſtiam obſeruantibus.

Chryſ. li. 7. de ſacerdotio.

INter multa, quæ olim religioſiſsimo cuidam ſeni per viſum monſtrata fuerunt, illud eſt maximè mirum, quod Angelorũ infinitam multitudinem videre meruit, quatenus progredi aſpectus humanus poterat, qui omnes antiſtitẽ rei diuinæ operã dantẽ circũ ſtabant veſtibus circũamicti cãdidiſsimis, oculis prudẽtiſsimis capite demiſſo, deniq; id faciẽtes corã ſummo Deo panis figura cõtecto, quod palatini homines, rege ſuo præſente, facere ſolent. Hæc autem S. Chryſoſtomus ab eo ſibi narrata dicit, non qui ea viderat, ſed cui ipſemet retulerat, cui illa contigerant.

De ijſdem Angelis.

S. Cyrillus ere mita in vita S. Euthimij.

EVthimius quoque vir ſanctitatis memorandæ fratribus, quos ſecretiore colloquio dignos eſſe nouerat, ſolebat narrare, ſacra facienti ſibi, ſæpiſsimè contigiſſe, vt angelos cerneret famulantes, vitalemq; hoſtiã obſtu-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

ſtupefacta mente venerantes. Aræ miniſtros ſuæ pudeat, ac pigeat inertiæ, minimamq; ſo cordiam in hoc opere grauiſsimum eſſe ſcelus, exiſtiment. Libet pauca referre ex multis, quæ ſanctus Chryſoſtomus grauiter, & copioſè diſſerit in hanc ſententiam. Grauia, inquit ille, nobis accidunt incommoda, quia diuinis cætibus intereſſe nolumus. Non videtis, dignitatem aliquam à terreno rege aucupari volentes quo pacto aſsideat, quo modo alios ad patrocinandum incitent, vt eo, quod affectant, potiantur? Hæc in illos ſcribo, qui ſanctorum hominum communionem, congregationemq; deſerunt, & hora terribilis myſticæq; menſæ ad congreſſus vaniloquos adhæreſcunt. Quid facis homo? non promiſſio venit in mentem? non ſacerdoti ſurſum corda dicenti reſpondiſti, Cæli dominum iã à te mente contingi? non reuereris, & erubeſcis? En illa ipſa hora mendax inueniris? Papæ menſa myſterijs inſtructa eſt, agnus Dei pro te immolatur, ſacerdos angitur, ſacer ignis ex auguſta menſa collucens reſilit, Seraphines aſtant, ſexque alis faciem obtendunt, omnes incorporeæ virtutes pro te cum ipſo antiſtite precantur Deum, ignis de cælo labitur, ſanguis

In concione de Euchariſtia.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

guis ex immaculato latere hauſtus, vt tute abluas, in calice ſacro eſt, nullumq; tu neque ruborem, neque pauorem adhibebis, Deumque tibi propitium minimè facies? Conſcientia te iudicat, homo, ex centum, & ſexaginta octo horis, quæ ſunt in hebdomade vnam ſibi ſegregauit Deus, & hanc in operibus mundi flagitioſi inſumis? in ridiculis? in conuenticulis? Quare, fratres, ne abſimus ab eccleſijs, neque in colloquijs à pietate alienis occupemur. Aſtemus tremuli, & timidi, demiſsis oculis, erecto autem animo, gementes ſine voce, & hilari corde. Hæc Chryſoſtomus cuius eſt os aureum, qui hæc legerit, acclamabit.

De quodam religioſo viro.

SAluberrimæ Euchariſtiæ mirabilium exẽplorum nõ ante finis erit, quàm à me hęc, quæ ſequitur, expoſita narratio fuerit ab eodem autore mutuata. Vir fuit religionis eximiæ, cuius indicium eſſe poteſt piorum quorundam animos ab illo eſſe conſpectos, qui cùm ſe in extremo vitæ termino Chriſti corpore tanquam viatico excellentiſsimo muniuiſſent, deducẽtibus angelis, recta in cęlũ aduolarũt. Quo fit, vt ſacri huius cibi & auidiſ-

S. Chryſ. li. 6. de ſacerdotio

ſimos,

(c) 2007 Ministerio de Cultura

simos,& amantissimos nos esse oporteat.

De ouicula.

OBlatam sibi ouem sanctus ille Franciscus annis natus melioribus libenter educabat,quam idem vir syncerissimus velut discipulam, charamq; sociam monebat,ne fratribus molesta esset, cùm vlla in re, tum maximè,si diuinas laudes concinerent.Bestiola & docilis,& pia quodam modo,pręceptorumque memor ingressa templum genua flectebat,cantantes in choro fratres modesto vultu auscultabat,visamq; Mariæ virginis imaginem gesticulatione,& balatu salutabat, cùm aliter non posset. Illud verò me summopere delectat, solitam esse hanc pecudem in sacri corporis ostensione,quæ à sacerdote fit rem diuinam celebrante,flexis poplitibus,& curuato corpore mũdi opificem panis figura cõtectũ suppliciter venerari. Vel à pecude mortales discite Dei colendi,& venerandi rationem. *S. Bonauent. in vita Diui Francisci c. 8*

De Isabella Regina, Philippi olim vxore.

ISabella sereniſsimi Francorum Regis filia cùm Mantuæ,quæ nostri Regis domicilium est,

(c) 2007 Ministerio de Cultura

est, lectica per plateas, & viam publicam vehe retur. Vidit ex carpento ipso sanctissimã Eucharistiam, quam sacerdos ad hominem ęgro tantem religiosa pompa, & celebri piorum hominum comitatu deferebat. Tum Christianissima Regina aut impium, aut certè agreste, & rusticanum esse considerans omnium dominum à se præteriri: ex vehiculo deponi se iubet, deinde pectore anhelante, & veloci cursu ad viam properat, qua vitalis esca transitura esset, atque ex eo loco, vbi mundi liberator occurrit, gemebunda comitatur, vbi ad ædes ægroti ventum est, pro foribus redituram dominum flexis expectauit genibus, egredientemq; illum ad templum, vnde exierat, piè & officiosè reduxit. Hæc post mortẽ, quæ breui cõsecuta est, pietatis percepit prę-mia, temporalisque Regni angustias cæli immensitate commutauit.

De Teresa Enriquia.

HIspanæ mulieris religionem admirabilẽ adduci non possum, vt silentio tegam, cuius nomen defunctæ præsertim silere iniquum est visum. Siquidem viuẽtem illam ob personæ grauitatem honoris causa, qui ope-

ri

ri esset, nominari oporteret. Fuit Teresa Enri quia in diuinam Eucharistiam tam feruẽti ani mo, vt ipsius cultum singulari, & prope inau dito quodam amore ac voluntate procura- rit, nam cùm intelligeret in multis Hispaniæ locis altaria, quæ diuinissimi Christi sedes sunt, haberi sordidata partim ex egestate, par tim ex incuria vtrique necessitati Teresa suc- currit. Nam iumenta suppellectilem variam, ac multiplicem ferentia, quæ sacris vsibus ne- cessaria esset, onerauit sæpe, vnaque religio- sos viros misit, qui eam & prudẽter distribue rent, & sacerdotibus diuinarum rerum mun diciam maximè inter rusticanos commenda rent, cultumq; neglectiorem seriò, & grauis- ter increparent: nullusq; fuit tam remotus an gulus, quo non Teresæ pia liberalitas perue- niret. Iam verò Christi corpus, quo nihil ve- nerabilius esse debet, tam insolita obserua- bat pietate (non enim aut ignota, aut antiqua refero) vt celeberrimum illum Eucharistiæ triumphum, quo statis anni temporibus per vicos, & plateas Ecclesia mater exultat flexis genibus secuta narretur, parietesq; domorũ, per quas Deus ille in nobis dominans transi- turus esset, non nisi auro in textis tapetibus exor-

exornasse. Templum denique quod rarò fit sanctissimi huius sacramenti nomine appella tum cùm exædificasset, pecuniæ ingentem summam perpetuò mansuram reliquit, quæ & illius,& multorum nitorem,& ornatũ deflorescere non sineret,senescentiq; mundicię subueniret.Hæc,hæc sine dubio vera religio censenda est,quæ Deum ipsum officio colit, & affectu.

De iusta Dei in lutheranum hominem vindicta.

FVit in Germania flagitiosissimus quidam fidei desertor tam graui,tam perdita,tam incredibili debacchans insania,vt vel ipsam altaris tremendam hostiam contumelioſe tractauerit. Verùm post tam agrestem,immanẽ, belluinamq; dementiam nefas ei erat, lucem intueri, qui solem ipsum obscurare cupiuisset:quamobrem barbarus ille,& hominis nomine indignus eadem se die suis manibus interemit. Tantam enim sceleris atrocitatem etiam nefanda illa præcordia ferre diutius minimè potuerunt.

De duobus Hæbræis.

Quo-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

QVoniam inter alia multa, quæ teterrimi Lutherani destruunt, etiam sanctissimi Christi corporis, quod in altari à sacerdote conficitur, oppugnari veritas solet: nõ inutile futurum existimaui, si nouum, ac recens exemplum, vel miraculum potius literis mandem, quò altius inhæreant piorum mentibus quæ de viuifica illa hostia fides orthodoxa persuasit. Duo pueri Hæbræi ex illorum numero qui Messiam nondum venisse credũt, pertinaciterq; contendunt, vnà iter faciebãt. Cumque de Messia loquerentur, videndiq; eius ardorem, atque desiderium sermo mutuus inflammaret, repentè, ac præter spem in ipso noctis crepusculo tantum ætheris fulgorem aspexerunt, vt ea ex parte cælũ esse apertum videretur. Viatores duo primùm tanto illo prodigio cõmoti fuerunt vehementer, deinde cùm à patre docti essent, à Deo esse aliquid petendum, cùm cælum apertum esse cernitur, genua flexerũt, Deumq; humiliter orarunt, vt optatum Messiam tandẽ aliquando sibi demonstraret. Hæc idem tidem petentibus, obsecrantibusq; pueris calix cum appo sita hostia ostensus est, quo miraculo recreati pueri verum illum esse Deum confessi sunt,

F. Ioannes Villanouus Archiepiscopus Valentinus in 2. concione de Eucharistia.

O quem

quem vnum, vt Christiani faciunt, oportet, venerari. Ex duobus hisce, qui rem tantam viderunt, alter Christianæ militiæ nomen dedit, historiamq; hanc, vt est à nobis explicita, moriens enarrauit, quid alter egerit ignoramus.

Diuorum, cælitumq; est auxilium inuocandum. Cap. IIII.

De Florentio.

FLorentius vir haud magna in re, sed fidei, sanctitatisq; plenus sartoris artem cũ nosset, illius se ope ægrè sustentabat. Verùm cũ huic homini vestis defuisset, & nummorum copia, vnde nouam acquireret, minimè suppeteret, ad templum viginti martyrum confugit, quorum in Hiponensi vrbe memoria celebris vigebat, atque ibi Christi militibus suam indigentiam familiariter narrauit. Suas quidem preces homo antiquus, & syncerus tam clarè exposuerat, vt petulantes quosdam iuuenes, qui fortè aderant, precatio nõ latuerit, qui senem, quo se tegeret, à sanctis martyribus simpliciter, & sine fuco petentem vel impiè, vel iuueniliter irriserunt. At verò senex Florentius è templo egressus maximum quen-

De ciuit. Dei lib. 22. c. 8.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

quendam piſcem in littore reperit, quẽ præſi dio adoleſcentum eorundem, qui rei exitum expectabant, comprehendit, ſublatumq; humeris ad coquum nomine Carchoſum, cuius magna erat vitæ probitas, deportauit, eumq; illi trecentis obolis venundedit: quæ ſumma ad conficiendam ex lana impolitam veſtem, qualis Florentio ſatis eſſet, ſufficere videbatur. Sed coquus, piſce conſciſo, aureum intus inuenit annulum, cumq; iam ante cognitum haberet, qua ratione Florentius, quibuſq; auſpicijs felix piſcator extitiſſet, religione ductus repertum annulum, eumq; precioſum ſartori reddidit, exiſtimabat enim, viginti martyrum liberalitatem illam eſſe, vt pauperi illi, egentiq; opifici ad victum, & cultũ neceſſaria ſuppeterent.

De Abulenſi miraculo.

CVm Abulæ eſſem, vrbiſq; illius generoſam, & maximè docilem iuuentutẽ erudirem, res accidit memoranda. Ná cæca mulier aſpectum, atque viſum recepit, quæ ſe virgini, & matri ſanctiſsimæ commendauit in ſacello ſubterraneo templi ſanctorum martyrum germanorum Vincentij, Sabinę, & Chriſtetę,

(c) 2007 Ministerio de Cultura

ſtetæ, quo in loco puriſsimæ Dei parentis antiqua effigies, ſacra, & viſenda virorũ, & mulierum incredibili frequentia honoratur. Huius autem miraculi illuſtris, & glorioſi teſtes plurimi, ijdemque veraciſsimi fidem fecerũt. Agitata enim res eſt, annis ferè ſpatio, cumq; facti veritas explorata ſatis, inquiſitaq; fuiſſet, virique grauiſsimi, & doctiſsimi, qui ex omni ordine conuenerant, conſultiq; fuerant, ferias, feſtoſq; dies lætitiæ, & exultationis ergô indici debere cenſuiſſent; Illuſtriſsimus Aluarus Mendocius Abulẽſis Epiſcopus vt ita fieret, imperauit. Die verò ab indictis ferijs octaua totã vrbẽ ſimulacrũ virginis innumerabilibus comitantibus perluſtrauit, nec defuerũt religioſi viri, qui ſacræ Virginis effigiem de cęca illa, deque vniuerſis ciuibus benemeritæ (copioſis enim imbribus aridam terram cùm primùm feriæ agitari cęperunt, madefecit, diem tamen pompæ per vrbem incedentis vacuam à pluuijs eſſe voluit, ne gaudium publicum aliqua ex parte poſſet impediri) venuſta, lepidaque actione ſuas ædes obiter inuiſentem ſalutarent, egreſsique deinde, quod reliquum erat, itineris, ferculo humeros ſupponentes lęti conficerent. Qui verò Hiſtoriæ

Ex actis & ſententia Iudicis, cui eſt ab Abulenſi Epiſcopo Aluaro Mendocio vicaria poteſtas delegata, quæ omnia vidi ego met.

ſeriem,

(c) 2007 Ministerio de Cultura

ſeriem,& narrationem ſcire cupiunt longiorem,carmina legant,quæ ſequuntur, nos illa conſcripſimus,illorum rogatu,qui tẽpli ſanctorum martyrum, vrbiſq; patronorum Vincentij,Sabinæ, & Chriſtetæ, quo in loco res tanta acciderat,curam gerunt,reſque omnes adminiſtrãt,qui verſus in valuis affixi cunctis rem paulò fuſiùs noſſe volentibus patuerũt.

Mæſta diu vixit mulier, quæ lumen ademptum,
Et mille infirmo corpore damna tulit.
Cumq; hominũ fruſtrà tentaſſet ſæpe medelas,
Diuinam ſtatuit quærere rebus opem.
Virgo hæc ex Diuæ ſacris veſtalibus Annæ,
Martyris ad noſtri tecta venire cupit.
Permittunt proceres, vaditq; ad limina Diuum
Seq; ſacerdoti detegit ipſa pio.
Eſcam vitalem ſacras quoq; ſumit ad aras,
Sanguine fraterno quæ maduere prius.
Eſt locus in fano ſubtus, quẽ turba frequentat,
Mixtaque lux homines ad pia vota mouet.
Intus honorantur fœcundæ virginis aræ,
Cuius & effigiem ſexus vterq; colit.
Fœmina cæleſti nutu petit antra Mariæ,
Ductoriſq; manu cæca peregit iter.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Inchoat inde preces octauam circiter horam,
Quintaq́; iam instabat, cũ gemebũda dolet.
Pallor inest ori, mortemq́; timere propinquam,
Incipit, & sudor frigida membra replet.
Presbyter est præsto, tristemq́; affatur amicè,
Verbaq́; de Marci musitat ore libro.
Non post multa redit mẽbris vigor, atraq́; cedit
Caligo, & lucem fœmina læta videt.
Principio molem cernit, vastasq́; figuras,
Clarius & tandem cernere cuncta datur,
Audijt hæc Iudex, censorq́; æquissimus acta.
Perque anni spatiũ discutienda manent.
Multa fidem fecere viro, testesque reperti,
Prodigium monstrant, nec dubitare licet,
Constituit Iudex, censet grauiumq́; senatus,
Per linguas tanti vt luminis autoreat.
Vos ciues celebrate Deum, celebrate Mariam,
Ob delubra trium personet vrbe chorus.

Accidit res hæc octauodie Maij 1570.

Sacri homines coli, obseruariq́ue debent,
& summa veneratione tractari.

Cap. V.

De Constantino Imperatore.

Li-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

LIbellos cùm Episcopi offerrent Constãtino principi querimoniarum, accusationumq; plenissimos, quibus alij alios insimulabant, igni illos tradidit pius, & de Christiana religione benemeritus Imperator. Dixit enim, indignum se esse, qui sacrorum antistitum lites dirimeret, easque proinde in cęleste tribunal esse reseruandas. Præclarè quidem Constantinus, qui & concordiam prudentissimè sanxit, & pietati religiosissimè consuluit. *Cassiod. in trip partita li. 2. c. 2.*

De Sancto Martino.

DEspectæ sacerdotum dignitatis nefariũ scelus sanctissimi exemplo Martini satis accusatur. Quem cùm Maximus Galliæ tyrãnus ad conuiuium inuitasset, honestissimoq; in loco sedere fecisset: Martiniq; presbyterũ inter Consulem Euodium, regiosq; cognatos medium accumbere iussisset: oblatam sibi inter epulas à pyncernis pateram S. Martino propinasse fertur sperans, fore, vt à Martino poculum acciperet illibatum, principis enim poscere videbatur authoritas, ne quis illo prior esset in potando. Cæterum sanctus præsul cum bibisset primus suo calicem pres- *Seuerus Sulpitius in vita S. Martini.*

(c) 2007 Ministerio de Cultura

bytero dedit nullum existimans digniorem, qui secundus biberet, barbarumq; censens & agreste vel principem, vel eius intimos Christi præponere sacerdoti, factũ & Imperator, & aulici omnes probauerunt: nilq; se contemptos iudicauerunt, quanquam bibendi ordine sacerdos nulla fulgens purpura præcucurrit. Tantùm ab itinere recto defleximus, vt quorum aspectu, vel potentissimi quondam reges contremiscerent: eis nunc mulierculæ dominentur, quam morum corruptelam longissimo edito opere vellem equidem lamentari.

De Theodosio.

Cassiod. in tripartita li. 9. c. 30.

INtra templi adyta rei diuinæ tempore orbis domino manenti Theodosio diuinus ille Ambrosius nuncium misit, qui diceret, extra limen sacrum solis permissum sacerdotibus etiã Augustos esse debere, cùm purpura Cæsares faciat, non presbyteros. Quæ admonitio tantùm valuit apud principẽ verè piũ, vt nunquam reliquo post tempore sacris mysterijs ipse interfuerit, nisi in communi sibi loco cum profanis hominibus. Nam Constantinopolim rediens (quòd hæc Mediolani sint ge-

gesta) cùm diuinum sacrificium extra cancellos interioris sacelli venerabundus spectaret, rogatus à Nectario vrbis præsule, cur introgredi noluisset, respondisse fertur, à Sancto Ambrosio discrimen sacerdotis, & principis se didicisse, qui vnus suo iudicio verè Pontifex erat apellandus. Est quod Episcopi Ambrosij seueritatem singularem, & Imperatoris Theodosij piam obedientiam æquabiliter admiremur, altera non tantùm sine altera colluxisset.

De Alexandro Magno.

DE religione virorum, quibus veri Dei cognitio nulla fuit, referre multa nõ libet, illa tantùm profutura, & scitu digna existimamus, quæ aut nostris sacris honorem quodã modo concilient, aut nostram in Deo vero colendo pigritiam criminentur. Huius verò itineris ducem Alexandrum illum Macedonem esse voluimus, qui ad Hierosolymitanorum vrbẽ cum ingentibus copijs proficiscens summum sacerdotem sibi occurrentem, & præter cæteros Leuitici generis, quorum põpa spectabilis erat, fulgentem ex equo disiliẽs & genua complicans adorauit: &, quem vel

Ioseph. antiquit. Iudaic. li. 11. c. 8.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

occiſurus,vel in ſeruitutem abducturus puta batur,liberaliſsimis affectum donis conſerua uit.Itaque religioni paruit,vltroq; honorem detulit,qui nulli parere didicerat.

De Lucio Albino.

T.Liuius decа.1.li.5.

ANtiquorũ religio vana ipſis, vtilis nobis futura eſt,ſi quo ſtudio ridiculos Deos il li coluerunt,eodem nos Deum illum, penes quem poteſtas eſt omnis,diligamus. Cũ Gal li Romam ſurgere incipiẽtem inopinato ad uentu præueniſſent,flamines,veſtaleſq; virgi nes partim de fuga,partim de ſacrorum aſſer uatione ſoliciti,quid facerent,& quò ſe verte rent,ignorabant. Et quidem, tametſi hoſtes vrgebant,religionis obliti non ſunt: partem enim ſacrorum doliolis conditam ſecretiſsi mo loco(vbi deſpuere nefas poſtea fuit,) cele riter infoderunt,partemq;,diuiſo onere baiu larunt.Eo tempore Albinus quidam cum re liquis ſe fugæ mandabat, qui tum religione, tum miſericordia commotus (viderat enim antiſtites rerum ſacrarum ſarcinis impeditos, veſtaleſque onuſtas, & pedibus gradientes) cedere è plauſtro coniugem,&liberos,iuſsit, virgineſq;,ac ſacrorum fercula in ſuum vehi culum introduxit.

De

(c) 2007 Ministerio de Cultura

De Gaina.

MVlta commiserat Gainas Celticus tyrã nus intoleranda flagitia, ex quibus vnũ nõ leue fuit, motam ab illo fuisse expeditionem, collectos milites, instructum exercitũ, vt orbis imperio potiretur. Et cùm auderet nemo legationem obire, Christianorumque principum ad barbarum metuendumque latrocinatorem mandata perferre: Antiochenus ille Ioannes cognomẽto Chrysostomus ad illius est castra profectus, cuius aduentum multò antè Gainas præsentiens longo ei occurrit itinere, porrectamq; Ioannis dexteram oculis venerabundus imposuit, sacriq; Antistitis genua liberos, quos secum attulerat, iussit osculari. Legati religionẽ, is qui Arrianus erat, & truculentus agnouit, reuerituſq; est, nostriq; præsules, si regibus imperare volunt, & barbaris esse terrori, priscos illos pontifices imitentur. *Cassiod. in tripartita. li. 10 c. 6.*

De quodam illustri viro.

SAcris initiatos quidã ex optimatibus quos Hispania celebrat, tam piè, tamq; verecundè colit, vt eis in ambulãdo ante eat nunquã, in itinere occurrentes nudato capite salutet prior,

(c) 2007 Ministerio de Cultura

prior, greſſumq; ſiſtat, nec ante cæptam viã peragat, quam illi, quibus ex religione ceſſerat, aliquanto longiùs proceſſerunt, vt minimè dubitandum ſit, quin ſi viro huic nobiliſſimo ſed literarum rudi cognita eſſent concilio-rum decreta de venerandi ſacros homines ratione, vniuerſa is exequeretur, atque compleret: non huic Matiſconenſis concilij ſanctio antiquata videretur, quæ præcipit vt ex equo deſiliat vir profanus ſi fortè ſacris initiatus pedes non longè gradiatur, ſitque concurſus faciendus.

Concilij Matiſconenſe. ſecundum.

De feris quibus obijciebantur martyres.

MVlta ſunt, quæ de brutis animantibus dici poſſent in noſtræ religionis laudem, in quibus non tàm de numero, quàm de modo videtur, eſſe laborandum, ita ſunt plena de his rebus volumina, plena vetuſtas, plena etiam noſtra ætas ad mirabilium exemplorũ. Sed vnde commodiùs exordiemur, quàm ab illa Euſebij hiſtoria de belluarum inſolita mã ſuetudine erga conſtantes noſtræ fidei aſſertores? Refert enim tantam fuiſſe tyrannorũ ſæuitiam in torquendis ſanctis hominibus, vt illos

Eccleſiaſtica hiſt. li. 8. c. 7

(c) 2007 Ministerio de Cultura

illos beſtijs immaniſsimis iucundi ſpectaculi vice non ſemel exponerent, quas ante fame diuturna cruciatas, ferro etiam, & igne exagitatas in Chriſti ſeruos armabãt. At, beſtię omnem fruſtrabantur carnificum ſpem, quæ in caueam emiſſę, quamuis initio feritatem ingentem præ ſe tuliſſent, vniuerſumq; arenæ ſpatium torua, irataque facie percurriſſent: tamen cùm ad martyres in mediam caueã proiectos veniebant, quaſi diuinæ conſciæ virtutis, quæ illos defendebat, procul recedebant. Quæ, etiam ſi à martyribus prouocarentur, quod lætiipſi faciebant, & alacres, tamen ingenita vti ferocitate nunquam voluerunt. Et ne quis de diuina cuſtodia, quæ piũm illũ gregem tutabatur, dubitare poſſet, omnes illos, qui ad irritandam beſtiarum iracundiã à ſæuis iudicibus mittebantur, crudeliter laniatos feræ deuorabant. Miraculi euidentiã flagitioſorum hominum experientia fecit eſſe clariorem, qui quòd verè nocentes eſſent, & à Chriſti fide maximè alieni, tanquam ſi id belluæ ſentirent, vix dum in arenam proiecti partim ab vrſis, partim à leonibus, alij deniq; ab alijs feris miſere dilacerati perierunt. Et cũ refectas, paſtaſq; peſsimorũ cędib' belluas ty-

ran-

ranni crederent vltrà progreſſuras, nec Chriſtianis eſſe parſuras, tamen illos fallebat opinio. Videbant enim tantam eſſe beſtiarum erga Chriſticolas manſuetudinem, quanta eſſet, ſi propriam naturam exuiſſent. Tædio ac deſperatione victi, qui tormentum excogitauerant, cædis exercẽdæ curam gladiatoribus immaniſsimis commiſerunt, vt, beſtijs ſe eſſe peiores indicarent. Noſtram religionem beſtiæ immaniſsimæ quodam modo reuerentur, & agnoſcunt, cæciq́ue mortales in perfidia & animi pertinacia ſæpenumero perſeuerant.

De reuerentia aduerſus res ſacras adhibenda, deq́; religioſorum locorum dignitate. Cap. VI.

De Heſperio.

De ciuit. Dei li. 22. c. 8.

FVndus erat Heſperio Tribunitiæ poteſtatis viro, quem maligni ſpiritus cũ ſeruorum, iumentorumq́; pernicie diſturbabãt. Quod cùm animaduerteret Heſperius à preſbyteris ſancti Auguſtini præſidium expoposcit. Cùm autem ab ipſis res diuina in eodem fundo peracta eſſet, inuidi hoſtes continuò diffugerunt. Terram idem Heſperius è ſancto

(c) 2007 Ministerio de Cultura

&to ſeruatoris noſtri ſepulchro ad ſe delatam habebat, quam pro amuleto remedioq; intra cubiculum ſuſpenderat, ne quid mali, iniurięvé à malis dæmonibus pateretur. Hanc tamen religione motus ſecũ habere in loco minimè ſacro, nefariũ duxit, cùm præſertim, & ſibi, & domeſticis impetratam eſſe quietẽ, videret. Contendit itaq; à Diuo Auguſtino vir maximè pius, vt gleba ſacra religioſo in fano, quò etiã adorationis gratia conuenire homines poſſent, arcano more ſeruaretur. Quod illi, vt qui iuſta peteret, facile conceſsũ eſt. Non caruit nec præmio pietas Heſperij, nec prodigijs ſacri puluẽris amplitudo. Nam paralyſi affectus quidam, cúm ſe illò deduci rogauiſſet, ſimul ac portatus fuit (nam pedibus ire non poterat) membrorum reſtauratione ſolidam acquiſiuit. Nunquam Deo placere poterunt, qui de religione ſuo, priuatoq; more ſentiũt: Nihil enim proficient, niſi mentis ſuperbiam, liberamq; contumaciam omnino deponant, ac pronum, deuotumq; animum cultui applicent.

De Gorifredo Bollionio.

Cum

(c) 2007 Ministerio de Cultura

CVm Gothifredus cognomento Bollionius à Hierosolymitano exercitu rex esset sacro sanctæ illius terræ constitutus, aureũ diadema sibi à militibus oblatum per modestè repudiauit. Nimirũ turpe, & indecorũ esse religiosus princeps arbitrabatur eo in loco diuitem coronam gestare, in quo mundi autor ignominiosa serta ex spinis cõposita pertulisset. O verecundam, modestamq; hominis pietatem! quę quia nobis deest Christi omnium Domini sepulchro illo augustissimo ab inimicis obsesso prohibemur.

Baptista Fulgosus. l. b. 4.

De Christiano principe Tiberio.

Platina de vitis pontif. in vita Benedicti primi.

REligiosus Imperator Tiberius (quę quòd rita nominauerim, de quo Tiberio significem, satis notum fore existimo) per magnificas suas ædes obambulans in pauimento crucem vidit insculptam, sacræ nostræ militiæ vexillum salutare. Et cùm religiosa quadam motus formidine lapidem, cui ipsa crucis hæserat imago, ne pedibus calcari posset, iussisset extrahi, secundam, ac deinde tertiam insuper positis lateribus crucem inuenit non sine cunctorum, qui aderãt, tum gaudio, tum admiratione. Sublatis tamen omnibus illis ingens

(c) 2007 Ministerio de Cultura

gens thesaurus homini ad liberalitatem propenso ad extremum se obtulit, qui satis fuit, vt locupletandi pauperes desiderium, quo te nebatur, expleret. Thesauro videlicet homo pius, & misericors caruisset, si venerandam crucem humanis vestigijs, atq; etiam belluinis subijci ex socordia permisisset.

De Puero Alexandri.

HVius regis inclyti puer, cùm sacrificante domino thuribulum manu teneret, pruna in brachium casu incidit. Ne tamen religiosum Domini sui opus carbone excutiendo, lacertumvé iactando impediret, aut se in decorè moueret, carnem permisit aduri. Res Alexandrum minimè latuit, qui lętatus pueri modestia patientissima diutius, quàm opus esset, in sacrificio cunctari voluit, quo factum est, vt adolescentuli constantia, quam regis mora non vicerat, clariùs eluceret. Hãc historiam è Valerio desumptam, cùm referret Ambrosius, rerum diuinarum ministros, vt tussim, risus, imprudentes gemitus, suspiriaque comprimant, admonuit. *Valeri. Max lib. 3. cap. de patientia.*

S. Ambros. lib. 3 de virginibus.

Sancti libri assiduè legendi, peruolutandiq; sunt, impij verò reijciendi. Cap. VII.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

De Eunucho Aethiope.

Act. 8. REginæ Candacis aulicus adorationis gratia longam peregrinationé ſuſceperat, qui àb AEthiopia vſque prouincia ſanè remotiſsima in vrbem Solymorum non dubitauit peruenire. Cùm autem, expleto pietatis officio, in patriam rediret, ne vel in ipſo itinere religionis opus intermitteret, Iſaię vaticinia lectitabat. Quid multa? à Philippo diuinitùs miſſo Chriſtianus efficitur is, cuius fides Iſraëliticæ gentis pertinaciam arguebat. Deus enim facienti, quod in ſe eſt, religionis luce ſolet affulgere.

De S. Auguſtino.

Auguſt. lib. confeſs. 8. cap. 12. CVm multa, & varia ſint aduerſus impietatem conſtituta remedia, illud, ego, nō eſſe minimum, exiſtimo, quod ſacra nobis lectio, vel honeſta ſuppeditat. Teſtificari hoc quidem ſanctiſsimus poteſt Auguſtinus, quē de eligendo vitæ ſtatu dubitantem, & in erroribus noſtræ fidei prorſus inimicis verſantem diuina vox monuit, vt ſacrum librum legeret, quod cùm Auguſtinus feciſſet, & (vt ipſe affirmat) Pauli verba illa primum occurriſſent, quibus monet, vt Chriſtum induamus,

(c) 2007 Ministerio de Cultura

mus, hæreticam perfidiã abiurauit, & in noſtra lege ad finem vitæ conſtantiſsimè perſtitit. Affirmat etiam Sanctus Doctor, narratũ ſibi à Potitiano fuiſſe, cùm duo viri ex ijs, qui Romano Imperatori maximè eſſent grati, acceptiq; (cernente principe ipſo ludorum ſpectacula, quibus Treuiri, apud quos res gerebatur, placere Theodoſio ſtuduerant) extra ciuitatẽ animi gratia ſeceſsiſſent, oblatã fuiſſe illis paruam domunculam in ipſo itinere, quã illi habitabant, qui ſponte pauperes eſſe volunt. Viri autem domum ingreſsi librum in ipſo repertum veſtibulo legere cęperunt, qui mirabilem, prodigiorumq; plenam Antonij monachorũ ſecundi vitam recenſebat. Quẽ duo illi cùm nõ oſcitanter perlegiſſent, mundi & pompis, & illecebris pro nihilo habitis, religioſam vitam elegerunt. Viris autẽ ſponſæ erant, quæ maritorum ſecutæ exempla perpetuam Deo continentiam vouerunt, mundumq; vicioſo more ſuos delinientem contempſerunt. Lege puer religioſos annales, quod ipſum ſummæ cuiuſdam religionis eſt opus. Sũt enim ferè innumerabiles, quos ſancta lectio non ſolùm erudiuit, verùm etiam in cælo collocauit.

Ibidem. cap. 7. & 8.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

De. P. Cornelio, & Bebio Pamphilo Coss.

IN agro. L. Petilij terræ cultores lapideas duas aras inuenerunt, in quarum altera Latini libri septem, & Græci totidem reconditi asseruabantur. Sed Consulum Cornelij, & Pamphili iudicium fuit, vt Latinis retentis, quòd essent pij, Greci codices ad religionem soluendam maximè idonei incendio conflagrarent. Hæreticorum libros igni esse cremandos, quis neget? Nam id Ro. Consules docuerunt, cùm libros extare, non permiserint, qui religionem tollere videbantur.

Valeri. lib. 1. Cap. 1.

Precationis, sanctiq; ocij summa est vtilitas, maximaq; religio. Cap. VIII.

De Innocentio.

SAnctæ, salubrisque deprecationis virtus, qua & nos Deo commendamus, & pro nobis alij Diuinam exorant maiestatem, exemplo, quod Augustinus commemorat, satis extollitur. Refert enim, Carthaginẽsem quendam Innocentium fuisse, in cuius cruribus manantes fistulæ obortæ sunt, quas medici tam sæuè, tamq; ineptè curauerant, vt ad incisionem Innocentio formidabilem rursus venire

De ciuit. Dei lib. 22. cap. 8

(c) 2007 Ministerio de Cultura

venire oportuerit. Et cùm è superioris curationis experientia, quid sibi patiendum esset, intellexisset, precando, ingemiscendoq; cælestis medici auxilium inuocabat. Voluit etiã homo pius, vt tremẽdo medicationis die lectum sancti viri circunstarent, quos inter ipse etiam adfuit Augustinus. Cumq; appropinquaret hora, instrumenta ad vrendum alia, ad secandum alia à Chyrurgis expromuntur. Prouidit tamen pius ille medicus, & crudelẽ præstandæ valetudinis rationem anteuertit firmissimam cicatricem vulneri obducendo. Non habuit, quòd doloret ægrotus, quouè gloriaretur, humanus medicus: sed qui testes fuerant sanitatis receptę, vnde medicatorem Deum laudibus extollerent, inuenerũt. Discant, qui morbo afficiuntur, vtrunq; medicũ adhibere.

De Paulo Lybico.

QVingentos manachos Paulus quidam Lybicus rexisse dicitur, & cùm gregi perstrenuè prouideret, sui pascendi curam minimè relinquebat. Preces enim tercentum Domino Deo singulis diebus offerebat, &, ne de quotidiano hoc penso quicquam detra- *Cassiod. in tri par. lib. 8. Cap. 1.*

(c) 2007 Ministerio de Cultura

heret,totidem lapillos habuit ,vt post singulas precationes coniecto in sinum lapide,computatisq; tandem omnibus de constituto numero nil se ademisse, consideret. Assidua cũ Christo collocutio secundas res ornat,aduersis perfugium,ac solatium præbet,si in vim,si in tela,si in latronum, inimicorumue insidias inciderimus, certam monstrat rationem salutis expediendæ.

De Carolo quinto Germaniæ Imperatore, & Hispaniarum Rege inuictissimo.

TRaiano melior,Octauianoq; felicior Carolus clarissimas suas bellorum palmas, egregiasq; victorias religione, & vitæ sanctitate fecit illustriores. Cùm enim pestilentissimos Hęreticos armis honestissimis expugnasset,insolentes Mauros prælijs multis fudisset, immanissimos Turcas felicissimè propulsasset,œcumenycam Synodum,& generale cõcilium ad abolendam,totoque orbe exterminandam Lutheri sectam vanissimam à Romano pontifice flagitasset, iamq; de rebus fidei apud Tridentum grauissima consultatio haberi,cœpta esset:cùm monachos religione, do-

doctrinaq; præstãtes summis honoribus sem per affeciſſet, exigua omnia hæc: paruaq; esse duxit, niſi, quod imperium ſublime, ac glorio ſum ſemper animo deſpexerat, etiam manu ipſum relinqueret, religioſaq; in domo, quò liberius diuinarum rerum contemplationi se dederet, priuatus habitaret. Omnes, ſi fieri poſſet, immortales esse vellent, propter ambitionem, & dominandi libidinem, verunta men noſter Carolus ad deferendam regalem pompam mortis horam, ne id ſerò, inuitusq; facere videretur, expectandam non cenſuit, itaque anticipato obitu conſcientiæ tumultibus prouidit meliùs, rerumq; humanarum deſpicientiam docuit honeſtiùs, diſsipatis tenebris, quæ facti illius claritatem obtegere potuiſſent.

Alieni ſæpe noſtræ religionis vim, & veritatem prædicarunt.

Cap. IX.

De Marco Aurelio.

IMperator Marcus, cũ bello difficili, & periculoſo contra Germanos detineretur, ſitisque magnoperè exercitum fatigaret, Chriſtiana legio, quæ cum illo erat, ſtipendiaq; fa- *Euſebius Eccleſiaſti. hiſto. lib. 5. Cap. 5.*

(c) 2007 Ministerio de Cultura

ciebat, flexis genibus àb immortali Deo rebus afflictis opem implorauit: confestimque post emissas à Christianis militibus preces copiosissimi imbres cælitus effusi sunt, qui sitim omnem æstuantis exercitus sedauerunt. Hostes verò, qui iam à tergo imminebant, lapsis fulminibus territi diffugere. At Aurelius minime ignorans, cuius auxilio impetrata victoria fuisset, Christicolarum agmen legionem fulmineam appellauit. Vt interim de Antonino taceam, qui edicto vetuit, ne Christiani, quorum constantiam mirari se, affirmat, illorumq; Deum immortalem nuncupat, à quoquam punirentur. Vera profectò sunt Augustini verba, illum Deum à nobis coli, de quo ne Ethnici quidem ipsi tacere potuerint.

Idem Ecclesiasti. histo. lib. 4. cap. 13

De Alexandro Seuero.

SEuerus Alexander nostri seruatoris Christi imaginem in suo cubiculo positam reuerenter habuit, illique templum erigere in animum induxit, quod etiam cogitasse fertur Adrianus, optimiq; huius & religiosissimi consilij indicium fuit, multa ab Adriano in varijs vrbibus extructa esse phana sine deorũ simulachris, vt sola Christi effigies coleretur.

Aelius Lampridius invita Alexandri Seueri.

Pro-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Prohibitus tamen eſt infelix Adrianus ſibi, atque adeo cæteris omnibus ſalutarem religionem propagare, dicentibus quibuſdam Chriſtianos omnes eſſe futuros, diuorumq; templa euerſum iri, ſi quod ſemel cœperat cõ ſummaret. O ſummam Chriſtianæ religionis & vim, & veritatem! quam ipſi corroborant inimici, quos ſanè non tam fefellit ignorãtia, quę nulla eſſe poterat in re minimè dubia, quàm nequitia ſubuertit. Etenim Chriſtianam parſimoniam, & crucem Euangelicam potentiſsimi dominatores noſſe magis, quàm ſequi voluerunt.

De Satyro.

In vita. S. Pauli primi eremitæ.

FAcũdiſsimus ille Hieronymus autor eſt. Satyri lingua (quem ad belluinum genus pertinere credendũ eſt) Deum noſtrum cõmendatum fuiſſe. Hieronymi verba ipſa ponemus, cũ ſint hominis tum diſertiſsimi, tum etiam ſanctiſsimi. Nihil, ne in ipſo quidem fine de meo adijciam, ſe enim ipſe autor explicat, noſtramq; rem tanquam ex induſtria videtur agere, quapropter ſolus eſt Hieronymus locuturus. Nec mora (inquit ille) inter ſaxoſam conuallem haud grandem homun-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

culum videt aduncis naribus, fronte cornibus aſperata, cuius extrema pars corporis in caprarum pedes deſinebat. Infractusque & hoc Antonius ſpectaculo ſcutum fidei, & loricam ſpei, vt bonus prælior arripuit, nihilominus memoratum animal palmarũ fructus eidem ad viaticum quaſi pacis obſides afferebat. Quo cognito gradum preſsit Antonius, & quiſnam eſſet interrogans hoc ab illo reſponſum accepit: mortalis ego ſum, & vnus ex accolis eremi, quos vario deluſa errore gẽtilitas Faunos, Satyrosque, & Incubos vocans colit: legatione fungor gregis mei, precamur, vt pro nobis communem Deum deprecetis, quem pro ſalute mundi veniſſe, cognouimus, & in vniuerſam terrã exijt ſonus eius. Talia eo loquente, longæuus viator vbertim faciem lacrymis rigabat, quas magnitudo lętitiæ indices cordis effuderat. Gaudebatquippe de Chriſti gloria, & interitu Sathanæ, ſimulq; admirans quòd eius poſſet intelligere ſermonem, & baculo humũ percutiens aiebat. Væ tibi Alexandria, quæ pro Deo portenta veneraris, Ve tibi ciuitas meretrix, inquam totius orbis dęmonia confluxere, quid nunc dictura es? Beſtiæ Chriſtum loquũtur,

& tu

(c) 2007 Ministerio de Cultura

& tu pro Deo portenta veneraris.

De Sacra, & maximè salubri confessione scelerum.

Cap. X.

De Sancto Ambrosio.

COnfitentium perpetrata crimina tam pius auditor, tamque egregius curator erat Ambrosius, vt & fleret ipse, & quos ad genua prouolutos habebat, impelleret ad deplorandum. Quo sane fiebat, vt paucos videret ętas illa aut ęgris animis, aut imbecillibus, quod in nostro hoc infeliciſsimo seculo multò euenit secus. *Paul. in Nolanus episcopus in vita S. Ambrosij.*

De quodam milite.

COënredo Anglorum regi miles quidam seruiebat propriæ salutis inimicus, quem rex ipse pius, & religiosus vt mentem flagitijs inquinatam confessionis medicina sanaret, crebrò admonebat. Diẽ miles ex die ducere, procrastinare, rem differre quotidie, magnamque Dei esse clementiam affirmare. Interim miles in morbum grauem incidit, atque acri cœpit dolore torqueri, quem rex humaniſsimè visit, hortatusque est ad scelerum con-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

confeſsionem tempeſtiuam: ne ingraueſcente quotidie morbo loquendi, ob eamq; rem ſeipſum expiandi poteſtas auferatur. miles id ſe facturum dicit, vbi ex morbo conualuerit: ne ſocij, & contubernales mortis metu factum exiſtiment, timiditatemq; vt probrum obijciant militi glorioſo. Cùm verò febris ardentiſsima magis, magisq; iactaret ægrotum, rexq; iterũ adfuiſſet, exclamaſſe fertur ægrotus, regem fruſtrà venire, nil admonitiones prodeſſe, ſibi quid poſt mortem ſit euenturũ eſſe compertum. Hic regem expauefactum rogauiſſe, vt diceret. Cui miles, duo, inquit, formoſi adoleſcentes in hoc ingreſsi cubiculum libellum perpulchrum, ſed breuem mihi legendum tradiderunt, inquo meæ pueritiæ recte facta cõtinebantur numero pauciſſima, re, & pondere contemnenda, iuuenes recepto libro tacuerunt. His horribilium dæmonum agmen ſucceſsiſſe dixit, lectumque & domũ obſediſſe: ex ijs quendam facie nigerrimum, ſediſq; principatu præpotentem inuſitate magnitudinis librum protuliſſe: militem perlegere iuſſum omnia vitæ ſcelera ſiue quæ corpore, ſiue quæ animo, & cogitatione perpetrantur re cognouiſſe: pulchris iuue-

Beda eccleſiaſticæ hiſtoriæ gẽtis Anglorũ lib. 5. cap. 14.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

iuuenibus lectum adhuc circumstantibus dæmones, vt recederent, molestiq; esse desinerent dictitasse: ægrotantis, vel potius morientis animũ negasse ad illos pertinere. tum pulchros iuuenes deformissimis illis hospitibus, vt quod suum esset, acciperent, flagitiosumq; animum pro meritis torquerent, imperasse. Paulo postquam hæc miles narrauit, excessit è vita. Meritò sapiẽs monet, vt ante obitum iustitiam operemur.

De. S. Franscisci quodam Hospite.

MEliùs, ac feliciùs cùm. S. Franscisci hospite, qui etiam miles erat actum fuisse narrant historiæ. Nam cum Christi signiferũ totius mundi peregrinũ alacer ad conuiuiũ miles quidam inuitasset: demoreq; Franciscus antequam cibum caperet, se paulisper ad Deum orandum collegisset, precatione finita hospitem accersiuit, vtq; se confessione & vera, & longa totum expiaret, admonuit, propterea quod alibi esset cœnaturus. Iussa vir pius confestim exequitur, Franciscique socio vitæ crimina pate facit vniuersa. Deinde mensæ omnes accumbunt, cæterisque comedere inci-

S. Bonauentura, in vita S. Franscisci.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

incipientibus hoſpes moritur repentinò: ita qui prophetam benignè exceperat, prophetæ mercedem accepit, obrepentisque mortis effugit inſidias. Multa nos, & grauia cũ huius rei confirmandæ cauſa, tum cæterarum exẽpla afferre poſſemus. Sed ea conſultò prætermimus. non enim omnia colligimus, exemplorum vè vt copioſus aliquis liber à nobis fieret, ſuſcepimus: Sed vt tantũ dicer etur, quantũru dis pueruli inſtitutioni ſatis eſſet, nullo voluminis apparatu. Quare breuitati lector ignoſcat, & àb ijs, qui hæc profitentur, petat quæcunq, ad pleniorem tractationẽ pertinebũt.

Noua quædam exempla in noſtri temporis hæreticos. Cap. II.

De religionis deſertæ ſeueriſsima vltione apud Hiſpanos.

COeperat antiquus ille hoſtis Saxonum perfidiam in noſtro Syncero Hiſpaniæ ſolo occultiſsimè diſſeminare, malum ſerpebat indies, latiusq; opinione fundebatur. Diuina tamen bonitas non permiſit, vt, vires caperet incendium, tantumque flamma obiret, quantum inimici decreuiſſent. Nam diligentiſsimi exploratores, religionisq; læſæ vindi-

ces

(c) 2007 Ministerio de Cultura

ces retecta fraude reos oēs, varijs ſupplicijs affecerunt. Multi ex ijs, quos macula infecerat, genere clariſsimi, eruditione celebres, opibus, amicis, gratia, fauore, præpotentes nihil apud Regem æquiſsimum, quo minus contumelioſam pęnam ſufferrēt, valuerunt. ex hęreticis enim mitratos alios, infami veſte indutos alios in excelſum, ac ſublime theatrum Pincia, Hiſpaliſq; produxit, ſingulorum, vt vocati erant, delicta, mores, verba, facta, conſilia, cogitationes deniq; ipſas, patriam, genus, poſtremò pœnam, qua mulctandi eſſent, præcone vocaliſsimo proferente. Ijs verò, cuius crimina ſatis ante à iudicibus diſcuſſa ex ſcripto recitabantur, in omnium erat conſpectu, & quidem ſacerdos veſtibus exuebatur ſacris, id quod Antiſtes more ſolenni ritu q; faciebat auguſto, pertinaces viui in rogum ardentem mittebantur: quos verò ſui ſceleris pœnituiſſet, ſi violandæ iterum religionis in morbumque peſtiferum recidendi ſuſpitio non eſſet, ij leuiore pœna mulctati ſeruabantur. Quare magna Ferdinando, & Iſſabellæ principibus immortalitate dignis habenda gratia eſt, qui ſeueriſsimam, eandemque vtiliſsimam in ſuſpectorum vitam inquirendi

(c) 2007 Ministerio de Cultura

rendi rationem inuexerunt, qua vna religio nis defenſio continetur, eamq; Hiſpanię Reges à maioribus acceptã tuentur, & ornant, hæreditariamq; eſſe gloriantur. Pergeigitur optime Philippe ſanctæ inquiſitionis tribunal honorare, potentiaq;, vt facis, in dies maiore, & autoritate fulcire, illo enim ſtante religionis nulla eſt calamitas magnoperè formidanda.

De Matrona hæretica.

PEruerterat fidelem coniugẽ impius quidam veterator, & à ſyncera fide diuulſam ad Caluini deliramenta inſaniasq; traduxerat. Verum ſęuiente in Germanos peſte inconſtans hæc mulier ad extremum deducta cùm diu exanimis iacuiſſet, recuperato pauliſper ſenſu virum, qui aderat, his verbis fertur inclamaſſe, heu me miſeram! quæ apud tartara æterno, intolerandoq; igne conflagrabo. O diem ſemper mihi luctuoſam! qua tibi perfide nugator aſſenſi, ſed tibi eſt quoque moriendum, & ſupplicium multò acerbius ſubeundum. Hęc vbi locuta eſt fęmina, animam egit infelicem. Vaticinatam credo mulierem, quæ nobis cõmodo eſſe poſſent, fide-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

fidelesq; homines confirmarent. Itaque non sibi, quæ fortasse perijt, sed nobis diuinando consuluit.

Res mira, & faceta etiam quæ Sectario accidit.

CArminibus in iuuenta lusimus, historiáq; minimè obliuiscendam versu condidimus, quam huc referre non grauabor, vt etiam ipsa sermonis mutatio tædio affectum lectorem possit recreare.

Vnus erat multos inter Germania fertur,
Errore illusum quem tenuisse suo.
Hunc pius inuisit, vera vt suaderet amicus,
Sed reperit dantem tempora longa cibo.
Hæc est religio, monstrat quam bestia cũctis,
Pessima, Theutonicos quæ populatur agros.
O nimiùm vesana modo si credidit illo,
Posse supernorum scandere turba domos!
Tunc pius affatur, nugas vt desinat hortans,
Et priscæ normas religionis amet.
Iussa patrũ quondã multos dominata per ãnos,
Laudat, & illæsum vult pietatis opus.
Pontifici exorat Romæ det colla beato,

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Rectoremq; illum iudicet esse ratis.
Hæreticus contra suasoris verba refutans,
Nil sibi iactabat collibuisse mali.
Somnia Martini defendit cuncta voracis,
Nec patinas libris præposuisse pudet.
Ebrius incaluit verbis, sectamq; tuetur,
Extensaq; manu pocula plena leuat.
Dumq; tenet pateram rabie succensus iniqua,
Versus ad vrgentem sic furibundus ait:
Si quæ confiteor, vero sunt absona, nunquam,
Hoc potare queam, quod mihi tollo merum.
Dixit, & in planũ cyathus confractus abiuit,
Proluit & totam fusus Iacchus humum.
Sic conuicta fuit stupidi sententia Bacchi,
Vel sua vinosum vincere vina valent.

De quodam Ostento.

HAereticus princeps vrbem in Cermania possidebat, vulgus Laubingã appellat: in cuius florentissimo cænobio sacræ virgines habitabant, quas tamen Dominator loco expulit, pestiferosque magistros introduxit, qui scientias docerent vniuersas. Verùm diuina non permisit vltro vt pernicioſa diu staret schola, cùm præsertim flagitiosi illi præ-

cepto

(c) 2007 Ministerio de Cultura

cepto res religiosam domum in fœdum lupanar conuertissent. Nam virgo quædam honestissima, quæ in illis ædibus senectam vsq; sanctè vixerat, turpissimis doctoribus terrifica specie se noctu demonstrans nefarios habitatores illorumq; liberos, & coniuges pauore, & metu debilitatos locum mutare compellebat. Longè melius cùm Dilinguesi actu est Academia, quæ huic vicina, & à Catholicis possessa maiora in dies singulos & laudis, & frequentiæ iuuenum capit incrementa. Vt facilè intelligi possit quanto miraculo impij à religiosis secernantur, alteros enim densissimæ tenebræ constipant, alteri in clarissima luce versantur.

De Iapa insula.

TErrarum hoc tempore felicissima Iapa insula incipientis illius Ecclesiæ, quam à Christo fundatam Apostoli gubernarunt, quoddam haberi debet simulacrũ. In ea enim multi Christianorum greges magna amoris consspiratione, voluntatumq; iunctione consentiunt, mundum aspernantur, glorioſamq; non pauci pro Christo, quem ardenter amãt, mortem patiuntur. Quid loquar de frequẽ-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

tibus prodigijs? quibus sanè efficitur, vt noui milites sint in fide firmiores, & qui pertinaciter abnuunt, ritusq; prauos deserere nolunt, expauescant. Nos duo tantùm exempla recensebimus, cùm singula persequi infinitum prope sit, & minimè necessarium. Ingens eñ extat volumen in quo Iaponiorum cùm facta admirabilia, tum maximè vera legi poterunt. Firandi, quæ Iapæ ciuitas est, Bonzius quidam nostræ legis veritatem oppugnabat (hoc nomine illi appellantur, qui sacra procurant, Iapensisq; religionis magistri sunt) nefariaque hominis concione permoti plurimi nouos Christi annunciatores verbis læserũt, & factis, erectasq; passim cruces effregerunt. At mitis ille rerum omnium sator, Dominatorq; Deus cùm impios illos euersores iactis fulminibus delere potuisset, satis habuit, micantes per aëra cruces demonstrare, vt ostento illo moti salutifero errorem primum agnoscerent, crucem deinde, sine qua salui esse non poterant, adamarent.

Ex literis Gasparis Vilelæ sacerdotis societatis Iesu datis Firandi primo septembris. 1559.

De eadem Iapa insula.

IAm illa ex literis nota sunt quæ breuiter perstringã, in insula Firãdo proxima Bon-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

zio etiam concionante, euangelioq;, & Sancto spiritui resistente necessarium fuit, vt Societatis nostræ vir quidam minimè indoctus falsum illum prophetam disputando conuinceret, quod etiam re præstitit, testemq;, & disceptationis, & victoriæ adhibuit Antoniũ quendam, virum optimum, & summè potentem. Oborta deinde est aduersus Christianos inuidiæ tempestas ingens, tresque gentilium suorum sacrorum amatores ex primarijs excelsam crucem in cliuo positam bipennibus exciderunt. Perpetrato tam immani scelere grauis inter ipsos flagitij principes rixa esse cœpit. Se enim quisq; defendebat criminisq; labem aspergebat socijs. Cùmque altercandi finem non facerent, ad locum, vbi crux fuerat, redierunt, postridieque mane duo ex illis mortui inuenti sunt, tertio nusquam comparente. Non multò pòst Iapensis quidam iuuenis à malo dæmone vexari cæpit, qui sæuissimè afflictatus palam confessus est, à se crucem fuisse discissam, pœnasq; proinde sibi apud inferos grauissimas præparari. Iapones hunc hominem ignominiosa ipsis, glorioſa nostris prædicantem callidè occultauerunt, nemoque illum vidit ampliùs, nec defuit, qui

ex literis fratris Gonsalui Fernandes Firandi primo decemb. 1560.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

existimaret, aut occisum, aut penitùs absconditum miserũ hunc fuisse crucis fractorem, nè à Christianis illa commemorans audiretur, Quæret à nobis fortasse pius lector, cur Lutherani perditorum omnium facilè deterrimi viuant, & regno incolumi perseuerent, qui monachos quam plurimos varijs in locis occiderunt, nostræ societatis viros quinquaginta vnum nauibus aduectos, inq; Brasiliam properantes communi Christianæ religionis, priuatoque nostræ sodalitatis odio permoti crudelibus supplicijs mactauerunt, aras non semel destruxerunt, pietatis monumenta, ædesq; sanctas funditus euerterunt, cruces non duas, aut tres, vt Iapæ contigit, sed pene innumerabiles discerpserunt, simulachra millies conuulserunt, templa violarunt, diuinissimam Eucharistiam (proh dolor) quæ sacro sancta esse deberet, sacrilegis manibus dissiparunt, cælitum, sanctissimæque Dei matris cultores inter prophanos & à fide alienos cõputarunt. Huic nos piæ interrogationi satisfieri optimè posse illo Bagaiensis cõcilij, cuiꝰ meminit Augustinus, dicto censemus. Eius autem synodi verba eloquentissima illa quidem Maximianum virum nefarium proscribentis,

(c) 2007 Ministerio de Cultura

bentis, & de matris Ecclesiæ gremio sententiæ fulmine excutientis hæc sunt. Et quod adhuc eũ dehiscens terra non sorbuit, ad maius supplicium superis reseruauit. Raptus enim pœnam compendio lucrauerat, funeris nunc grauiores vsuras colligit fœnoris, cùm mortuus interest viuis. Hactenus concilium. Ipenses rerum nostrarũ insolentes, inq; Christianorum institutis, & consuetudinibus hospites mitiore pœna etiam in atrociſsimo illo scelere mulctandi esse videbãtur: At vos, vos inquam, septentrionalis plagę incolas, qui religionem vestris charam maioribus oppugnatis, qui res vetustate, & veritate robustas calũniando peruertitis, qui flagitijs inexpiabilibus, & vitæ inquinatiſsimæ ianuam patentiſsimam aperitis, qui sacra cum prophanis miſcetis, qui hominũ liberas actiones fatali neceſsitate constringitis, qui Remp. labefactatis, qui sanctam scripturam deprauatis, qui patrũ antiquorum testimonijs grauiſsimis obtrectatis, qui omnia deniq; impuritatis genera (quid enim apud vos non turpæ) in vestram fœdiſsimam ecclesiam inuehitis, quis neget? duriſsimis esse tormentis cruciandos? Cómodiùs, mihi credite, ac leniùs vobiscum actum esset,

(c) 2007 Ministerio de Cultura

si primum bacchantes. & in sacra temerè in-
uadentes erumpens vos terræ incendium ali-
quod perdidisset. Nunc Dei tantam
nostri patientiam seueriſsimę
apud inferos vltionis
esse prænunciam
cogitate.

Ghri-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

QHristianum puerum, cuius institutionem iam pridem anhelamus, religioni primùm studere, necessarium ducimus, ne, qui verum Deũ colimus, ethnicis hominibus rudiores simus, quos memoriæ proditũ est, in erudienda iuuentute à falso Deorum suorum cultu, semper incœpisse. Qua inre hortari meos adolescentes non desinam, vt in ipso sanctitatis exordio ingentes gratias immortali Deo agant, quod in antiquorum tenebris minimè nos versari, permiserit, Dæmonumuè obsequio dedicari. Fuit, fuit quondam priscis illis mortalibus, quædã scelerum offusa caligo, mentisque perturbatio, vt quoniam honestę vitę fundamentum, quod est in perspicua, minimeq; fallaci diuinarum rerum cognitione positum, illis deerat: in uitiorum tetra colluuie, fœditatumq; omnium pelago esset immorandũ. Inde tot dissidentium philosophorum sententiæ, tot sacrorum partim nefariæ, partim ridiculæ cęremoniæ, tot placandorum numinum auguria, tot rerum gerendarum auspicia, tot gentium, tamque varia iura, tot hominum diuinitatem sibi affectantium millia, tot scelerũ

(c) 2007 Ministerio de Cultura

monſtra, tot libidinũ portenta, tot bellorum clades, tot cæſorum ſtrages, tot regnorũ mutationes, tot vrbium euerſiones, tot aëris peſtes, tot maritimæ tempeſtates, tot cæli indicia, tot deniq;, tamq; inaudita virorũ, & mulierum flagitia manauerunt. Hæc enim omnia veræ religionis ignorationem incommoda, vt corpus vmbra, cauſam effecta, noctem furta cõſequebantur. Sit ergo noſtris adoleſcentibus valde cõmendatum, vt, Chriſtianæ veritatis donum à Deo optimo maximo acceptum & crebris ſermonibus vſurpent, & grata, atq; aſsidua animi recordatione complectantur. Lætari, illos ſummo opere neceſſe eſt, qui nec Iudæorũ contumaciam ſequũtur, nec hæretica labe inficiuntur, nec Mahumeticam ſtultitiam quærunt, nec gentium erroribus implicantur. Ne, precor, optime adoleſcẽs aut patrię, aut nationi tribuas, Chriſtianum te eſſe, cùm ſola benigniſsimi Dei liberalitas religionis tibi lucem attulerit, vt ſcire poſsis, quẽ colere debeas, cuius ſpe niti, à quo pendere, quem ſiue in aduerſis, ſiue in ſecundis rebus intueri. Sũmè alacres nos eſſe oportet, quando nec de animorum immortalitate à veteribus olim ſæpe negata, perpaucis defenſa,

(c) 2007 Ministerio de Cultura

fenſa,& cognita, nec de inferorum cruciatibus,quos fabuloſos putauit antiquitas,nec de ſempiterna beatitudine in Empyreo cælo, quàm nonnulli ex priſcis ſomniaſſe potius, videntur,quàm credidiſſe,nos ipſi dubitam⁹. Rerum principia alia alij cõſtituebant, Deorum tum ridiculam tum prodigioſam, minimèq; rationi conſentaneam multitudinem, etiam qui inter illos acutiſsimi habebãtur, ponebant, at verò noſter adoleſcens iam inde à primis incunabulis vnam Dei eſſe naturã,& tres diuinas perſonas cõfitetur. Quid loquar de Sacramentis gratiam,ſalutemq; præſtantibus? quæ cùm ſint nobis in promptu, ea tamẽ antiqui ne longo quidem interiecto ſpacio viderunt. Facillimũ illis erat hominibus animũ,mentemq; polluere, veruntamen ex impuritatis cœno conſurgere, difficillimè ipſi poterant, quòd eſſent auxilijs omnino deſtituti. Non ſtirpis maculã abolere ex parente primo contractã, quam nos ſacro fonte abluimus;non collectas vitæ ſordes abſtergere, quas nobis eripit confeſsio; non animi vires, vel laſſas reficere,vel exhauſtas cõplere,quòd ipſum ſacræ menſæ Chriſtianis præſtat communio; non inuictã ab omni dolore,tormentoq;

(c) 2007 Ministerio de Cultura

toq; fortitudinẽ adipiſci, qualem chriſtic⁹lis præbet confirmatio; non viciorũ reliquias tollere, vt in periculosè decũbentibus Chriſtianis ex vnctione illa contingit extrema; nõ rerum ſacrarum idoneos miniſtros æterno quodã impreſſo ſigno à prophanis hominib⁹ ſecernere, quemadmodum in noſtris fit ſacerdotibus; non viri & fœminæ coniunctionẽ, quæ fiat procreandi cauſa, cæleſtis gratię dono fulcire, ne, & ipſi, qui matrimonio copulati ſunt, inteſtinis malis afflictentur, & concepta ſoboles inimica Deo ſit: quibus omnib⁹ coniugatorũ Sacramento malis occurritur: aut ethnici olim, aut qui à nobis hoc tẽpore diſſentiunt infideles vnquam potuerunt. Et tanti beneficij deponẽda memoria eſt? quod nec hæreditariũ, nec fortuitũ, ſed Dei bonitate in nos eſſe collatũ, arbitremur, oportet? Sit ergo prima religioſi pueri lex, cuius hodie veluti faciem quandã adumbramus, vt nunquá animo excidat, ex infinito perditorũ numero ſecluſum ſe eſſe, & in ſelecto Chriſtianorũ grege mira quadã Dei beneficentia cõſtitutum. Reliqua nunc pietatis officia iuuenibus præſcribamus, cumq; ipſo lucis aduentu præceptiones noſtras inchoemus. Pueri

cùm

(c) 2007 Ministerio de Cultura

cùm honestas vigilias in multã noctem pro-
duxerint (non enim, sicuti diuo Chrysosto-
mo placet, iccirco facta nox est, vt eam totam
dormire debeamus) instante aur ora, è lecto
consurgent, dumq; se vestibus induunt: bene
ficentissimũ nostrum Deũ, cuius adminiculo
illa in nocte quieuerunt, hymnis, & carmini-
bus laudare assuescant. Magni quidẽ mune-
ris loco haberi debet, noui diei accessionem
esse factã, certissimasq; malorum dæmonum
insidias delusas, repentinã mortem accidisse
nullã nobis, cùm tamen plurimos inopinato
obitu rapi dormientes videamus. Quę sit aũt
futura vel surgentis ex lecto pueri, vel cubitũ
euntis precatio docet Ecclesia, quæ in prima
ex horis, quas canonicas dicimus, Deũ ante
omnia laudat, prosperumque lucis aduen-
tum nobis precatur, in postremo verò tran-
quillũ somnum optat, & poscit. Cùm se iam
puer honestè magis quã delicatè vestierit, co-
ram imagine probè depicta, beneq; ornata ge
nua flectat, in illumq; spectet Deũ, quem ipsa
refert, atq; exprimit, sanctorũ etiam simula-
cra, si qua fuerint, veneretur, & colat, quod
Dei familiares, atque intimos prę sentes nobis
illa faciant, memoriamq; refricent eorũ homi

nũ,

(c) 2007 Ministerio de Cultura

num, qui vitã pro ſuo Deo fundere nõ dubitarunt. Noſtri præterea iuuenes non voce ſolũ, ſed etiam mente Deũ precari doceantur, cuius tanta bonitas eſt, vt, ne puerorũ quidẽ familiaritatẽ, & colloquutiones aſpernetur. Illis aũt meditandi ſeges, materiaq; nõ deerit, ſi Chriſti vitam voluerint reminiſci. Qua in paleſtra qui ſe exercitauerint aſsiduè, in humanis corporibus angelorũ vitam imitabuntur. Quæ, vt fiant cõmodius, legendi illi ſunt libri, tam vernaculi, quã latini qui ſunt de ſpirituali conſideratione. Quoniã verò leuare ſolet tædium varietas, mutare ſcopũ licebit interdũ, nam vel crimina commiſſa deflebit adoleſcens, vel humanæ vitæ miſerias cogitabit, vel mortis tempus præſentiet, vel poſtremũ illũ, & horribilem mundi diẽ verſabit animo, vel tartarorũ ignes, æternaq; ſupplicia mente agitabit, vel cœli beatudinẽ, glorioſamque cùm Chriſto degentiũ hominum vitam contemplabitur. Sancto piæ meditationis ocio nil eſt admirabilius, nil Chriſtiano homine dignius, nil ad rem bene gerendã accommodatius, nil futuræ vitæ ſimilius. Quare hortandi pueri ſunt, vt ad difficilẽ cùm dæmonibus pugnam conſerendã iam inde ab ineunte ætate ſe cõ-

parent,

(c) 2007 Ministerio de Cultura

parent,&quantũ ſit in hoc mentis ſecreto po
ſitũ præſidij recognoſcant. Hæc nos eò ſecu-
rius pueris non cõmendanda ſolũ, ſed etiam
præcipienda ducimus, quòd videamus à ſan-
ctiſsimo Auguſtino adoleſcentes ad hanc vi-
tæ quietæ normã erudiri, cõuenit inquit ipſe
vt & magnorũ & paruulorum ſenſus in Deo
occupẽtur honorando, tales taleſq; pręterea
doctor Egregius iuuenes eſſe optat, vt ab ijs
ſenes diſcere poſsint rectè viuendi rationem.
Criminũ verò, quæ mortifera dicimus, per-
nicies quãta ſit, præceptor explicet, vt ea ado
leſcentes & fugiant honeſtè viuendo, & de-
precentur orando. Ipſis ptæterea iuuenibus
nil potius ſit, quã vt à Chriſto cõmuni omniũ
domino flagitiorũ veniã crebro efflagitẽt,
præſertim ſi ex illis ſint quæ interitũ, & perni
tiem afferunt, verbiſque huiuſmodi diuinam
iram mitigabunt. O me nefariũ, & miſerum,
qui tot vulnera proprijs manibus ſeruatori in
flixerim! tu deſerta cęleſti patria longũ pro
me exilium pertuliſti, tu pro me potentiũ ini
micitias ſuſcepiſti; tu corpus, & vitam hoſtiũ
telis obieciſti; tu famẽ, algorem, egeſtatẽ, lęto
animo toleraſti; tu meam ſalutẽ vita iſta cha-
riorẽ habuiſti; tu captiuum me, & viciorũ er-

gaſtulo

gastulo detentũ pretio sanguinis redemisti, me tamen ista non mouent. Saxo duriorem hanc esse mentẽ ingemisco, cũ lapides tuæ acerbissimæ mortis tempore pone mœstos de duritia remisisse videamus. Quid facie istius pallor quondam splendidissimæ, quid lateris vulnus, quod aqua, & sanguine redundauit, quid capitis sentes, quibus tanquã sertis redimitus gaudes, & exultas, quid verbera, quibus te carnifices sæuè laniarũt, carnemq; pulchrã consignarunt, quid manuum plagæ, quas iccirco extendisti, vt me in amplexus inuitares, quid pedum vulnera, quos claui detinent, & cruci suffigunt, quid immẽsus cruor, quo terra immaduit, non modo indicat, verumetiam prędicat, nisi à te nullũ amoris, nullũ studij, nullum clementię erga me testimonium defuisse? Quem deinceps contumeliarũ pigebit? Quis erit honorum, diuitiarumq; appetens? cui difficilis in parentes, dominosue obedientia videbitur? quis non vel iniusta petentibus concedet? quis non peccati nomen ipsum exhorrescet? in quo siue vincendo, siue soluendo tantopere desudasti? Mores, vitãque mutare, in animum induco, ne te rursus meis sceleribus in crucem extulisse videar,

nullus

(c) 2007 Ministerio de Cultura

null' mihi ſatis eſſe poteſt nec viuo, nec mortuo cruciat', quòd tuã lęſerim bonitatẽ. Tibi, tibi, pater benigniſsime, quam feci iniuriã, ea dolori mihi eſt, tu illã, qua, mauis, ratione cura vindicandá. Nec enim tormenta mihi ſunt tanti, dum modo te mihi illa placatũ reddant, ſalusque per ea mihi pariatur. His te vocibus ſanctiſsimis religioſe puer caſtigabis, nil enim fructuoſius peragi à te poteſt, quã ſi flagitiorum te pigeat, vitamq; renoues, & ad exitioſę culpæ teterrimá belluam conficiendã honeſtas occupationes, vigilias, parſimoniã, tempe rantiam, virtutesq; omnes mediteris. Adoleſcens poſtea quã quotidianum matutinæ precationis penſum abſoluerit, domo egrediatur, vt rei diuinæ interſit, quá die nullo prętermittet. Vbi primũ ipſe in templum venerit, ſacraq, vnda ſe perfuderit, in ſanctiſsimũ Chriſti corporis ſacrariũ oculos, & mentem vnà dirigat, & flexo vtroq; genu, ſuas preces offerat. Prodeũte verò ad aram ſacerdote, animũ cõparet adoleſcens ad rem omniũ maximam attentè percipiendam. Quãdiu presbyter clara, elataq; voce libri verba protulerit, tandiu ſilebit auditor. Nam, qui latinæ linguæ ignarus non ſit, mirè afficietur ea intelligens, & re

(c) 2007 Ministerio de Cultura

tractás quę in diuinis misterijs mater Ecclesia decantabit. Quid est, quod cũ angelico hymno possit conferri? quid parentis Ecclesię precationibus salubrius? quid epistola melius? quid Euangelio sacratius? quid Niceno Symbolo magnificentius? quę dum antistes pronuntiat, vt ea tu venereris, iubeo quando verò sacerdos legendi cursum paulisper sistere videbitur, & secum ipse loqui, tunc quia pro viuis orat, idẽ tibi censeo faciendũ. Omnes illos, qui tibi aut sanguinis necessitudine, aut cõmunionis iure, aut societatis vinculo, aut beneficiorũ gratia deuincti fuerint, immortali Deo cõmendabis. Alienorũ non decet obliuisci, non sunt inimici etiam capitales excludendi. Naufragos, depulsos, afflictos, ægrotos, exules, captiuos, miseros, egentes, in arcto positos remedio sacrificij præsentis adiuuabis. Christianæ pietatis propagationẽ à Deo optimo maximo pete, oraq; impensè, ne tanti boni infinitas nationes expertes esse patiatur. Cùm verò fœliciſsimũ illud tempus aduenerit, quo panis in verũ Christi corpus, vinũque in sanguinẽ commutatur, animum excitet iuuenis noster recordatione illi⁹ diei, quo Deum, & hominem Iesum Christum immanissimi

(c) 2007 Ministerio de Cultura

niſsimi tortores in altum ſtipitem euexerunt. Hic tu bone adoleſcens opportunam tuæ rei bene gerendæ occaſionem nanciſceris, delectorum veniã facile impetrabis illo tum adorato, tum inuocato, qui pro te æterno ſuo patri ſatisfecit. Tu Chriſto oblato tanquã holocauſto ſuauiſsimo Dei iram mitiga, diuinũ iudicem, ne tibi ſuccenſeat, precare identidẽ, &, quæ toto orbe id tẽporis Chriſti corporis ſacrificia offerũtur, pro tuis habe, id em̃ tuo iure facies, & cũ tibi proſis Deo etiã placebis. Noli interim ingratus eſſe Chriſto, cuius beneficium præclariſsimum, optimum, tibi vtiliſsimum, ſingulare, in auditum memoria recole ſempiterna, tuamq; ipſe vitam, ſi pro ſaluatore millies effundas, perexiguũ fore confirma. Sacerdotis veſtigijs inhæreat iuuenis, cumque ſe ille parumper collegerit, ad ſuffragandum defunctorũ manibus, auxilietur & ipſe adoleſcens ijs, qui iam è vita diſceſſerunt. Cùm verò ſacra hoſtia veſcuntur ſacerdotes, ſynaxim ſanctiſsimam adoleſcẽs corde, ſi nõ ore poteſt, accipiat, eamque adhibeat vitæ innocentiã, quæ in ſumentibus facto Euchariſtiã eſſe debet. Vellem equidẽ, vt noſtri adoleſcentes Miſſę ritus veneratione quã digniſ-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

simos obseruent, momenta, vicissitudinem, harmoniam, seriem, initia, progressiones, exitus, sacrificantis vultũ iam conuersum, iam auersum, altaris crebra oscula, repetitas cruces, pulsationẽ pectoris, submissionem capitis, vestimentorũ genus, quæ nostrę sunt liberationis insignia, Christianiq; principatus ornamẽta. Præceptor, quẽ & pium, & eruditum esse conuenit, omnium, quæ in altari fiunt, queq; cernuntur, reconditiorẽ sensum iuuenibus explicet; nam cũ plurimi theologorũ de hac re differentium libri inueniantur, difficile nõ erit planam, & breuem secretorum Missę intelligentiam venari, vt pueri tales se habere magistros glorientur, quales christiani gregis esse pastores sacra iubet synodus Tridentina. In illo enim sanctissimo orbis terræ concilio statutum legimus, vt parochi festis diebus altaris mysteria enucleent, & aperiant concurrenti populo, ne aut impij invenerãdis cæremonijs superstitionis aliquid inesse putent: aut, qui rudes sint, non cognito actionum illarum sacratiore consilio, rem esse nudã prorsus, & inanem arbitrentur. Quantæ verò non dico impudentiæ, sed impietatis fuerit, rei diuinæ intentum oculos ad externa conuerte-

re?

(c) 2007 Ministerio de Cultura

re? cũ amicis colloqui? inuerecundè aſpicere? ridere procaciter? hęc qui facturus eſt, popinam, aut vinariã tabernam eligat, decet enim domum domini ſanctitudo. Priuata in domo verecundũ te eſſe cupis, loquacitatis, & diſſolutionis infamiam times, & coram ſacerdote veriſsimum Chriſti corpus conficiente mini mè contremiſces? Iaponij (vt quidam ex chriſtianis obſeruauit) cũ fere innumerabiles in quoddã ſuorum Deorũ templum yeniſſent, conçionatoremq; horę vnius ſpatio expectauiſſent, qui illis falſum quendã Deum nomine Amidam laudaturus erat, ſummo cum ſilentio muſsitarũt, oculorum aciem nunquã reflexerunt, ſed precatorios quoſdam calculos toto illo tempore volutarunt, ſeq; ſerio vaniſsimis ſuis diuis cõmendarunt, id quod Chriſtianus, quem diximus, cũ ingenti dolore conſpexit noſtrę in ſacris ędibus vt leuiſsimè dicam, memor ſocordiæ. Illi præterea, qui Precioſi Ioãnis in Aethiopia parent imperio, templum ingreſsi nec admurmurãt, nec deſpuunt, nec leuẽ aliquem ſtrepitum edunt: vt non mille, ſed vnus eſſe videantur, ita ſilent, ita vultum componunt, ita ſe comprimunt, ita geſtus moderantur. Ergo illi, quorũ vtri-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

que, alteri altera de cauſa delirant inſolido, ſua ſacra pudenter, & verecundè tractant: nos, quibus vera eſt pietatis ratio notiſsima, dormitantes quorundam, & quod multò eſt funeſtius, laſciuos oculos perferemus? Iaponios à noſtris ſacris alienos (illos excipio, quos Ieſu ſocietas Chriſtianos reddidit) fallax hominis concio ſtupidos detinet, Athiopes, in quibus Chriſtianæ legis obſcura quædã manſere veſtigia, modeſtiſsimam in re ſacra taciturnitatem adhibent: & Chriſtianum hominem ferat aliquis, romanæq; Eccleſiæ alumnum, cuius in ſacris locis nec lingua ſit, nec oculi continentes? ſi fulmine ictus, ſi in terræ hiatum demerſus, ſi repẽtina morte ſublatus, ſi dæmoniorum ſubita incurſione laceratus, ſi iudicũ ſeueriſsimà animaduerſione mulcta tus, ſi omnium deniq; infortuniorum congè rie ſacrorum myſteriorum auditor petulans erit oppreſsus: tamen iuſtam pœnam non eſt videndus, dependiſſe. Quæ enim digna poteſt tanti ſceleris eſſe vindicta? quis ve patien ter ferat vt quæ gurguſtio indigna ſint, indiuini regis palatio cõmittantur? Quia tamen (vt ſpero) tale flagitium ab illorũ moribus, qui hæc legent, abhorrebit, prẽmio magis ad

(c) 2007 Ministerio de Cultura

tutẽ alliciendi iuuenes erunt, quàm metu à vitijs deterrẽdi: recentisq; facti explicatione, vt sacro libenter iuuenes adsint conabor effi-cere. Cùm in publica custodia facinorosi plurimi asseruarentur, illorũ vnus tam desperato fuit animo, tamq; perdita, & vesana lingua, vt Deum ipsum, à quo sati, generatique sumus, pessimis conuitijs lacesseret, seq; pro impio, infideliq; iactaret: nõ quò inferos esse abnueret, in quos se esse detrudendũ, fatebatur, sed quia de Dei clementia diffideret, à quo se esse relictum, & destitutum querebatur. Hunc adijt religiosus quidam vir, & amicè consolatus audiendæ rei diuinæ autor, suasorq; fuit, sperare enim se dixit, fore vt, si suam causam Deo cui omnia sunt curę commendet, res hominis perditæ, & afflictæ recreentur, in portumq; applicentur tutũ, & tranquillũ. Paruit obstinatus ille cùmq; in sacello carceris res diuina peracta esset, vinctusque prẹsens fuisset, secuta est die postero libertas hominis, cui ex ipso altari Christus benignissimus liberationẽ penè est visus polliceri. Tantumq; medicina illa profuit, vt corporis, animiq; salutẽ ipsa præstiterit. Sacras post hæc conciones Christianus puer diligenter auscultet, illorũ præ-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

ſertim,quos eſſe vtiliores nouerit. Nã diuinæ legis interpretes certum eſſe,&quaſi fatale ſalutis ſignũ eſſe volunt,vt ad ſacri verbi explicationẽ audiẽdam ſpontè feratur adoleſcẽs. Euangelijque veritas ſententiæ huic videtur conſentire. Chriſtus enim ab ijs libenter audirí Dei verba dixit, qui ex Deo eſſent, propterea q; à cãnidis, veteratoribuſq; Phariſęis diuinas admonitiones deſpici, quòd ad Dei gregem minimè pertinerent. Quis rogo ſacri præconis verba non admirabitur, præſertim ſi ex illorum ſit numero, qui prodeſſe magis ſermonis vehementia, & grauitate,quã placere quæſtionum ſubtilitate concupiſcunt? Huius oratio ex ſuperiori loco fulminat abũdans ſonãtibus verbis, vberibusq; ſententijs, deſides vrget,conſopitos excitat,afflictos recreat,geſtientes comprimit,vanè perterritos à timore deducit, cupiditates reſtinguit, iracundiam cohibet, vitia inſectatur. Veſpertinis precibus ſaltem diebus feſtis Chriſtianos pueros intereſſe neceſſe eſt, idque, vt à ſuis diſcipulis magiſtri efflagitent, præcipit Lateranenſe concilium. Iam verò morem illum feliciſsimum ſcelera frequenter ſacerdoti confitendi, & ieiunam deinde men-

tem

(c) 2007 Ministerio de Cultura

tem ſacro cibo paſcẽdi quis digne collauda-
bit? fortunatus ille iure optimo cenſebitur a-
doleſcẽs, qui ſe ſæpè ad ſacerdotis genua pij-
ciẽs culpas, ſiue graues, ſiue leues illę ſunt, do
lenter aperiat. O cæca & ſtulta temeritas ex-
iſtimantiũ hominum ſatis iri prouiſum ani-
rebus, ſi annis dũtaxat ſingulis, qui terminus
eſt ab Eccleſia præſtitutus, peccata euoman-
tur. Magna profecto ſubeſt ſuſpicio inuitos
illos, & tanquã torſione adhibita accedere,
quos ipſa tanquã vadimonia compellunt, vt
crimina fateantur. Hi pauciſsima dicunt, cũ
ſit difficillimum cuncta reminiſci; hos ipſi a-
nimorum medici & metuunt, & oderunt, ab
his nulla vitæ correctio ferè ſperari debet; hi
multo pluribus ſe flagitijs contaminant, po-
ſtea quã curationem acceperunt, ſi curatio di
cenda eſt vnius horæ propter ſolam ſpeciẽ,
vt in ſcænis fieri ſolet, ficta mutatio. Vt enim
peccatorum veniã, quod eſſe puto difficile,
conſequãtur: ipſam tamen peccandi licentiã,
& procliuitatẽ non amittunt, quę ex diutur
na cùm vicijs conſuetudine tracta gignit, cũ
in viſceribus, & venis incluſa maneat, vel poſt
ipſam medelam peiora. Quod ſi ſe crebrò pur
gare aſſueſcãt, & vitę ſordes aſsiduè conſitẽ-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

do abſtergant, tùm non modo adulta peſtis delebitur, verùm etiam ſtirps & ſemen malorum omnium extinguetur. Vſus enim cótra vſum dimicat, & peccandi conſuetudinem mos vincet honeſtè viuendi, quem ipſa confeſsio faciet eſſe robuſtum, cuius hæc eſt propria vis, vt & commiſſa ſcelera condonet, & illa prorſus auertat, quæ vidētur impendere. Quid ergo? ſacram legem euertis, quæ annuā eſſe confeſsionem iubet? minimè id quidem, ſed quod ſæpé dicitur ſummum ius ſummam eſſe iniuriam; etiam in hoc valere contendimus. Callida, & malitioſa iuris interpretatione factum eſt, vt quod lenitatis conſilio Eccleſia mater conſtituerit (ne, ſi ſæpius in anno nudare conſcientiam iuſsiſſet, præceptum illud videretur eſſe ſeuerius) in ſuam id pernitiem homines vertant, legiſlatorisque verba, non mentem attendant. Nos enim exiſtimare oportet, quò frequentius nos accuſauerimus, & viciorum ſarcina conſcientiam releuarimus, eò melius Eccleſiæ ſanctionibus obediri, quæ filios ſuos omnes ſaluos, & incolumes eſſe vult, nulloq; vitæ puncto extinctam hominum optat eſſe charitatem. Quare Auguſtinus, vt ſemper confiteremur, admonebat,

(c) 2007 Ministerio de Cultura

bat, ſemper enim inquit habes, quòd confiteaˉris: idemq; vir eruditiſsimus, ſanctiſsimusq; cenſebat, nunquam acriores inimico dolores infligi quàm cùm peccatorum plagas cõfeſſione ſanamus. Viuentem animam diu non retinebimus, ſi ieiunam illam, fameq; enectã eſſe ſiuerimus. Quocirca altaris ſacratiſsimo illo cibo ſæpe nutriri, ac refici neceſſe eſt. Mortem animi tollit confeſsio, vitam, ac ſpiritum ducimus propter Euchariſtiã, illa quidem, ne deformes ſimus, efficit, hæc vt formoſi eſſe poſsimus, tribuit, altera cupiditates, ægritudines, libidinem, iracundiam, & cæteras animi labes repellit: altera fortitudinem, conſtantiam, moderationem animi, caſtitatẽ, tolerantiam, virtutes deniq; omnes in pectus intromittit. Quales ſimus, confitendo promimus, quæ velimus, ſanctiſsimę hoſtiæ adiumẽto conſequemur. Rarum te Dei eſſe conuiuã, minimè vellem, præſertim ſi te tuus ſacerdos frequenter ad menſam inuitarit. Multa quidẽ ab illis præſtari conuenit, qui ſint diuinam Chriſti carnẽ aſsiduè guſtaturi: quorum æſtimatio imperitis quibuſdam panis cęleſtis diſpenſatoribus relinqui non debet, qui cũ veræ laudis guſtum non habeant, mundum ſua ne

quiſſi-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

quiſsima ſtultitia (vt diuus Chryſoſtomus lamentatur) corruperũt: magna (inquit ipſe) rerum omniũ eſt peruerſitas, plęriq; enim exiſtimant, quò tardius, eò dignius ad diuinam menſam accedi, præparationemq; ipſam non virtutum cumulo, ſed dierũ numero, & ſpatio temporis metiuntur, cùm peſsimi quique vel ſemel guſtata ſynaxi Deũ grauiter offendant, optimis verò ſæpiſsime ęterno cibo veſcentibus mundi orbisq; Dñs ſummo opere delectetur. Hæc Chryſtomus, cuius præclariſsima ſententia illorum perniciоſiſsimus error confutatur, qui in ferijs Chriſti à mortuis exiſtentis neminem à ſacra menſa repellunt ex illis, qui in peccatis conſeneſcunt, nec melioris frugis ſpem vllam pollicentur: ſi tamen octauo quoq; die honeſtus, & egregiè cordatus adoleſcens ſalutarẽ hoſtiam ſumere optet, arcebitur ab aris, licet bona ſit mente præditus. Qua in re ſummo opere inepti præsbyteri hominum generi nocuerunt, nam cùm concertatio nobis quotidiana cum hoſte ſit, niſi robur, & vires comedendo ſacro cibo vireſcant, mors eſt nobis oppetenda. O dioſum ſane genus hominum ſacramenti fructus ignorantium, ſuam animi ſiccitatem oſtenden

tium

(c) 2007 Ministerio de Cultura

tium, veterem Ecclesiæ morem, patrum testimonia, conciliorum decreta, Areopagitæ Dionysij, Ignatij, Augustini, Ambrosij, Gregorij, Bernardi, aliorumq; sanctissimorũ hominum sententias nescientium. Hosce ego non voce tantum, & ratione cruentandos, verum etiam graui pœna mulctandos ésse duco, qui cùm videant grauissima illorum esse scelera, qui serò ad altare veniunt, dissimulãt tamen, eisq; futili quadam reuerentiæ excusatione suffragantur: illorum verò culpas leues, quibus se sæpè Deus ipse cómunicat, ita exaggerant, vt pene faciant hæreticos. Existimare deberent, qui hoc sunt ingenio, sacerdotibus ad frequentem communionem hortãtibus curæ esse, vt vel sui supplices, & quos dicimus pœnitentes, vitam corrigant, vel à sacra mensa discedant. Sed quid opus est verbis in rè minimè dubia? Omniũ, qui pio huic operi aduersabantur, rationes iam pridem obsoleuerunt, illas enim res magis, quã sermo confutauit. Olim quidem laboratum est vehemẽter, religiosiq; homines nonnulli cùm sacrarium patefacere auderent: quòd in pluriſque locis perpetuò clausum, penitusque abditum semel in anno aperiri solebat, magnã inuidiẽ tem-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

tempeſtatem,& conionum procellas ſubicerunt:nunc tamen, quæ Dei eſt bonitas, pacata ſunt omnia, plus enim piorum taciturnitas potuit, quàm contradicentium voces plenæ conuicij,ne dicam falſitatis. Vitæ enim honeſtas,quàm præſe ferunt Sacramentorum amatores,obmuteſcere coëgit aduerſarios,mundumq; propè ſeneſcentem vitalis eſca renouauit. Viri,fœminæ, iuuenes,ſenes, opulenti, egentes, nobiles, obſcuro loco nati, omnes deniq́ue omium ordinum homines tales eſſe cœperunt,qualem cibum deguſtarũt. Quid? quod in academijs publicis penè innumerabiles literarũ ſtudioſi adoleſcentes reperti ſunt, qui quod medicamento confeſsionis,& Euchariſtiæ ſacræ vterentur,præter cæteros modeſti,officioſi,manſueti,pudici, atq́; etiam eruditi eſſent:nec illis durum fuit, ſe noctu in ſacris ædibus verberare, ægrotos inuiſere,ante lucẽ ſurgere res diuinas meditandi cauſa. Hoc nimirum Sacramenta pręſtant, Chriſti ſanguinis virtus hæc eſt,vt iuuenum in academijs,vbi magiſtris nil in ſuos diſcipulos licet, tanta ſit proborum non ſolùm conſenſio,ſed etiam copia.Hanc nos ad frequentem Sacramentorum vſum hortationem nouo quodã com-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

cõmemorato exemplo finiamus. Coniectũ in vincula maleficum quendam pius quidam ſacerdos, vti ſe peccatorum pondere leuaret, confitẽdis ipſis ſæpè admonebat, cùmq́; idem tidem rogatus parere nollet, vereri ſe ſacerdos dixit, ne Deus talem, ac tantam confitendorum criminum puniret tarditatem. Secuta mox fuit tam periculoſa febris, vt ſibi iam iam eſſe moriẽdum, vinctus putaret, vocatoq́; ad ſe eodem illo, qui conciliũ dederat presbytero, vitæ lapſus omnes aperuit, peractaq; confeſsione releuari ſe morbo, ſenſit ęgrotus, vſque adeo vt poſtridiæ è lecto ſurgeret, pedibuſque incederet, id cũ ſacer homo vidiſſet, rogare facinoroſum illum morbo liberũ cœpit, vt ſe gratũ immortali Deo oſtẽderet, propter recuperatam ſanitatem: habendæq́; gratiæ optimam eſſe rationem dixit, ſi videlicet Chriſti hoſpes eſſe vellet, atq́; conuiua. Sacerdoti iuſta petenti minimè parere voluit vinctus, obſtinationisq́; pœnas confeſtim dedit, morbo, quo paulo ante ſolutus fuerat redeunte. Tunc homo pertinax graue eſſe ſceleus intellexit, hortatori ſuo non obedire, cũ præſertim id ipſum Deus duplicato indicio monſtrauiſſet: quare tertium diuinæ vltionis

telum

(c) 2007 Ministerio de Cultura

telum expectandum non censuit, confessusq; iterum cælesti se pane recreauit. Hæc postea quàm fecit, non solũ ex furente illa iactatione febris emersit, verumetiam legitimę potestatis iussu exiuit ex custodia, in qua mensibus nouẽ macie & squallore confectus vixerat, quã etiam perpetuam futuram esse crediderat. Hanc nos & nouam, & maximè veram historiam idcirco narrauimus, vt quantum sedulo hęc Sacramenta diligant, ostenderem⁹, quæ qui seiungunt, non id honoris causa faciunt, quo se Christum venerari velle profitentur, sed ne vicia relinquere cogantur. Norunt enim castos, puros, synceros, minimè cupidos illos esse debere, quibus sacræ synaxeos vsus sit assiduè permittendus. Satis multa dixisse me puto, de Sacramentorũ vsu frequẽte, quibus hominũ vita continetur, supereſt, vt de sanctissimę Dei parentis & inuiolatæ virginis cultu nonnulla attingantur. Quod verò petiturus sum, è vestigio me assecuturum esse confido. Dulcissimũ quippe Mariæ nomen etiam ijs, qui à nostra religione dissentiunt, est sanè periucundũ. Huius clementissimæ matris fidẽ, & patrocinium nostri adolescentes appellent, illi se totos dent, quæ benigna,

(c) 2007 Ministerio de Cultura

nigna,&misericors hominũ causas suscipit defendendas. Hãc puer suis precatorijs calculis, velut rosis amęnissimis exorandã curet, versibus concinat, laudibus efferat, verbis amantissimis salutet. Sola enim digna reperta est, quæ Deum optimũ maximum in vtero haberet, maturatũ fœtum in lucem ederet, editum nutriret, ætate robustũ in portanda cruce comitaretur, deficientęq; illum solem non conniues, non aspectum amittens acriter immota cerneret. Hanc puer beneuolã sibi reddat exi mia corporis castitate, mentis integritate, morum præstantia, vitæ candore, cordis mundi-tia, pectoris bonitate. Nil est enim virgine pulchrius Maria, nil admirabilius, nil suauius, nil amabilius, nil quod magis ad se hominũ animos alliciat etiam improborũ. Sunt etiam hortandi iuuenes, vt cælitũ obliuiscãtur nunquã, sanctorumq; hominũ cùm Christo vitam degentium crebrò meminerint, fauoremq; cùm omniũ tum maximè illorum, quorũ nomina sortiti fuerint, sæpè inuocent, custodẽ angelũ summopere diligant, cum ingrati animi sit, non illũ amore ingenti prosequi, à quo tot, tantaq; in nos quotidie beneficia promanẽt. Vnum deest, quod nostris adolescentulis nõ

(c) 2007 Ministerio de Cultura

diocriter esse charũ debet. Nam cũ sæpe contingat, multos ex his, qui se saluos, & incolumes lecto cõmiserint, quiescẽdi gratia, postridie manè extinctos reperiri, animi rebus consulere oportet, ne nos mors opprimat repentina. Malis verò impendentibus prudentissimo occurret is, qui se totũ, priusquã discedit cubitum, ad vnguẽ (vt Poëta dixit) exploraverit. Tres nostras animi vires, quas potentias dicimus in iudiciũ vocari oportere, sanctissimi viri dixerunt, vt quid vnaquæq; eo die gesserit, intelligatur. Sunt igitur proximæ lucis, quã tenebræ noctis iam obscurauerint, examinãdi, resecandiq; ad viuum actus vniuersi, negotia, dicta, facta, rationes, conuenta, successus, cogitationes, vicia, virtutes, admissa, omissa, fortunati euẽtus, atq; infęlices. Dolore affici, & quidẽ vehementi propter diei illi', cæterorumq; omnium errata necesse est, concepto non vulgari, aut ficto eorrigendæ vitæ desiderio. Illa præterea insidiantis mortis cautio est præclara, obrepentisque alicuius mali pulchra prouisio, si in ipso dormiendi initio votum sit nobis confessionis criminũ, si qua mortifera inueniantur, sacerdoti & bono, & erudito, cùm primũ licuerit, faciendæ. Hanc

nos-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

noſmet iudicandi normam Samius ille Pytha goras diuinaſſe viſus eſt, quã etiam ſuis diſci- pulis cõmendabat: dignamq; poëtarum prin ceps Virgilius eſt arbitratus, vt in ea elabora- ret, verſuſq; de illa conderet luculentos. Hác qui ſingulis noctibus in Chriſtiano, & occul to mentis tribunali exercent (exercent autẽ multi) ſalutarẽ, experti ſunt. Nouimus prẽte- rea viros optimos non paucos, qui, cùm non ſatis eſſe putent, nocte aut aduentante, aut progrediente, errata flere prẽteritę iam lucis, ſe etiam interdiu commonefaciunt, atq; exci tant Dei recordatione, qui ſemper, & vbique tantus, & tam prẽſens haberi debet, vt omnia videat, cognoſcat, & compleat. Itaq; non ſo- lùm ab his peccata, & vitæ lapſus deplora- tur, ſed etiã, ne in ipſa incidãt, prouidetur di- urna circunſpectione, & vigilantia: ſibiq; prę terea vtiliſsimum eſſe ſentiunt, ſi quoquò ie- rint, vbicumq; ſint, in mentem veniat omnia ſpeculantis Dei, repetantque aſsiduè, vide ho mo, quã te diuini oculi obſeruent, & contem plentur. Atq; vtinam noſtri iuuenes hoc ip- ſum facitarent, tanta enim Dei præſentiæ re- cordationis eſt vis, vt, quamuis alia deſint ad- uerſus animi morbos remedia, tamen pro mu

(c) 2007 Ministerio de Cultura

ro, & propugnaculo nobis illa esse possit, vt, inter quotidianos profligatorũ hominũ impetus, inter carnis illecebras, inter malorũ dęmonũ certas insidias viui, & sospites permanere possimus. Hæc sunt, honeste puer, quæ te præstare oportet, vt Christianus dici, vt vitę cursum tenere, vt feliciter mori, vt deniq; post obitũ in cælo esse merearis. Meis equidẽ adolescentibus, si lumen cognitæ veritatis nõ esse hęreditariũ, gentilitiũve censuerint, sed Deo acceptũ retulerint, si nõ nihil se ad Deũ orandum collegerint, & sancto quodã mentis sopore, iam inde à primis annis obdormiscere consueuerint, si rem diuinam bene àffecto animo vel conspexerint, vel audierint, si culpas omnes ad animorum iudicem crebrò detulerint, nec illorũ similes esse voluerint, qui aut cùm morti vicini sunt, aut cùm propè districto ense à suis parochis compelluntur, errata patefaciunt, si sacram Eucharistiã sæpe numero expetierint, & ita viuere studuerint, vt, vel quotidie cælesti epulo possint accubare, si mundi reginam, & reliquos cęlites ardenti studio coluerint, si diei collectas sordes nocturno examine sustulerint, si Deum præsentem habuerint, tanto opere gratulabor:

(c) 2007 Ministerio de Cultura

bor: vt iam nunc cæli diuitias illis audeã polliceri. Ne tibi durum esse videatur, vt illo in terris fungare officio, quod est angelis in cælo perpetuũ. Eum tu non coles, cuius beneficio viuis, liberalitate nutriris, misericordia conseruaris? Te, cùm nullus esses, creauit, & hominem fecit videlicet diuinum animal, cùm in vtero matris, vbi primæ sunt tenebræ versarere, in lucem protulit, cùm te auita labes seruum genuisset, Dei benignitate liberes effectus, cũ sæpe propter mortiferas culpas orco debereris, in amicitiam, & contubernium suum te prior vocauit Deus, cũ propè infinita mala te vndiq; obruerent, omnibus te casibus humanissimè Deus eripuit, cũ aduersa te iactaret tempestas, illo eodem, quem offenderas, fluctus maritimos sedante, in securissimum portum appulisti: Cur ergo cessas? Cur non te pietati dedicas? Cur non eximia sanctitate fulges? Est ne quicquam toto orbe terrarum, quod homini verè Christiano conferri vlla ex parte queat? An desunt quos imitere? Senensis ille Bernardinus tantam à puero religionem habuit, vt adolescentulis suis æqualibus turpem aliquem sermonem proferentibus sola præsentia silendi ne-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

ceſsitatem imponeret, illo enim procul viſo, conſuſurrabant pueri omnes, tacete, nam ad eſt Bernardinus. Samoſateni epiſcopum Eunomium, quòd hæreticus eſſet, tam hoſtiliter odiſſe memorantur, vt nullus omnino tẽplum ingreſſus ſit, inquo Arianus præſul ſacra perageret. Hęc mihi placidiſsima hiſtoria viſa eſt, autore Theodoreto, qua Samoſatenſium ciuium pietas, rara illa quidem commendatur. Cui enim poſt hominum memoriam contigit, vt nullũ, nec ex optimatibus, nec ex plebeis haberet defenſorem? Loco cedere, & fugam meditari coactus eſt infeliciſsimus Eunomius: erat enim tam inuiſus catholicis, vt ne aquam illã tangere aut vellent, aut ſe poſſe crederẽt, quæ falſi epiſcopi mẽbra in balneis communibus abluiſſet. Quid pueri ciuitatis eiuſdem? cùm pila luderent, & iumentũ quo Lucius Eunomij ſucceſſor impius etiam, & Arrianus vehebatur, illac forte tranſiſſet, & illorum ſpheram pede calcauiſſet, lacrymarum vim ingentem pueri omnes profuderunt: exiſtimabant enim beſtiæ contagione, quæ hæreticum Epiſcopum portaret, peſtem aliquam pilæ, qua ſe ludendo recreabant, inhæſiſſe. Iunior Theodoſius in quar-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

quartis,& ſextis ferijs ieiunus,&eſuriens per manebat: cuius palatiũ à monaſterio diſcrepabat nihil,cũ ſororibus, quæ virgines erant, canere ſolebat diuinas laudes. Veſtem ſancti cuiuſdam hominis, qui iam è vita diſceſſerat, carni applicuit,& à ſe nunquã ſeparauit. Huius coniux Eudoxia ad Hieroſolimitanã vrbem peregrinationis voto conſtricta, lęto animo properauit, vniuerſa, quæ in itinere tẽpla occurrerent,locupletans. Rubertus francorum rex ſacris horis intereſſe conſueuit,diuinaſq; laudes velut ex initiatis vnus modulari.Rodericus Germanorum Imperator iurauit nunquam,excepto in augurationis die,in quo ſolenne iuſiurandum recuſare non licebat.Superior Theodoſius(Hęc à nobis eo libentius commemorantur, quò maiorẽ illuſtrium exemplorũ vim eſſe ſcimus) priuſquã cũ Eugenio & Arbogaſte dimicauit, longũ tempus precando conſumpſit, victoremque exercitum deportauit. Sed quid ego ſingula perſequor.cũ religionis exemplis penè innumerabilibus abundemus? Integri exercitus propter aſſertionem Chriſtianæ veritatis ad non dubiam mortem concurrerunt. Multi ſerra diuiſi,plurimi aquisimmerſi, partim ig-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

ne cõbusti, partim ex rupib' deturbati, alij be stijs obiecti, alij verberibus excruciati, nõnul li equuleo torti, quidã fune strangulati, non pauci capite plexi inuictam animã emiserũt. Quid de sacra Thebeorum legione referam? quid de Massa candida, cui numerus ipse nomen dedit? Quid de crucifixorum decẽ millibus? Quid de Cæsarauguſtæ glorioſis martyribus, quorum infinitã multitudinem non est qui certo numero cõpræhendat? Quid de Phrygiæ præclariſsima illa vrbe, in qua omnes, omnes inquam incendio abſumi, quam Chriſtum negare maluerunt? Quod ſi Ethnicorũ factis noſtra debet ſocordia condemnari, Gorinthius Timoleon parta de inimicis victoria, liberataque Sicilia bene merentibus Dijs gratias egit, Fortunęq;, quam Deam esſe infœlix homo putabat, ſuas ædes cõnſecrauit. Rex Syriæ Antiochus Deum noſtrũ in Solymorum tẽplo donis, & muneribus honorauit, huius etiam religioſiſsimi fani cultum Seleuco regi curæ fuiſſe, ſacræ literæ nos docent: ſumptus enim faciebat, vt ne immolandis victimis neceſſaria deeſſent. In Romanorum ſenatu prima omniũ eſſe ſolebat de religione conſultatio. Veſpaſianus princeps capito

(c) 2007 Ministerio de Cultura

pitolij reſtaurationũ aggreſſus ruderibus pur
gandis manũ ipſe primus admouit, portan-
disq; oneribus colla ſubiecit, baiuliq; & ope
rarij functus officio in ſummo dominatu pie
tatẽ ſuperiorẽ iudicari oportere, declarauit.
Aethiopum reges, ſi à ſacerdotibus audirent
vitam ipſorũ non placere Dijs, nox intercede
bat nulla: ſe enim ſtatim ipſi iugulabant, mul-
tisq; ſeculis inueniri non potuit, qui Deis in-
uitis vnius horæ vſuram ad viuendum poſtu-
laret. Nil aliud Diomedontẽ locutum ferunt,
cũ ad ſupplicium duceretur, quã vt vota pro
incolumitate exercitus ab ipſo nũcupata ſol
uerẽtur. Ergo illi & potentes, & ambitioſi, &
bonorũ cupidi inanem ſuam religionem ſæ-
pe cùm gloriæ & vitæ diſpendio coluerunt:
Nos quibus lumẽ veritatis ſplendet, iniquam
habebimus cæcitatẽ? O felix Chriſtianorum
ſors, qui Deum illum agnoſcunt, quem ſine
probro, & ignominia venerari poſſunt: qui
tam opulentè ſuos ditat famulos, vt eorũ ve-
ſtes, oſſa, cineres, ſepulchra, atq; adeo vmbrã
ipſam miraculis velit clareſcere. Sanctiſsimi Ia
cobi cathedra inter arcana, & ſacra cùm in-
genti veneratione, vt ex Euſebio didicimus,
Hieroſolymis ſeruabatur. Zebedei Iacobi ba

(c) 2007 Ministerio de Cultura

culus ab insidijs malorum Dæmonũ tutum reddidit Hermogenẽ. Nullus est, qui ignoret, quanti æstimauerit Antonius vestem ex palmarũ folijs contextã, quàm Paulus Anachoretarũ primus, cũ viueret, induebat. Iam bestiæ, & animantia bruta quid religioni tribuerint, explicare non est opus, cũ diuus Ignatius illam bestiarum mansuetudinem deprecatus sit, quàm erga alios Christi milites præbuissent. Mariano Christi monacho Bituricensi canes obedierunt præcipienti, ne aprum adse confugientem lacerarent. Columbano abbati in montibus vrsi seruierunt, ad Remigiũ sanctitate fulgentem tanquã ad nidũ aues volitabant. Blasio Sebastæ vrbis episcopo se persequentium inimicorum impetũ fugienti cibum volucres præbuerunt. Nec hoc solũ suis amicis Deus tribuit, vt videlicet à feris, atq; à pecudibus diligantur: quãdo inanimę res diuinos homines, & ipsæ quodam modo venerãtur. Nam Polycarpum ignis nõ læsit, feruens oleum apostolo Ioanni pepercit, piscosa palus, propterquã duo fratres periculosè certabant, sancto Gregorio obtemperauit versa in siccitatem, vt omnino cõtroversię tollerentur: vt quod de mari rubro lo-

cum

cum, liberumq; transitum Israëliticis concedente, deq; saxo durissimo vim aquarum profundente, soleque medio in cælo sistente cursum in sacris literis legimus, quod esse putonotissimum, præterea. Quæ, cũ ita sint, Christiani adolescentes, vos obsecro, & obtestor, ne Dei cultum segniter, & remissè tractetis, sed primũ omnium statuatis religioni animũ deuouere, quã cernitis, nec barbaris, nec feris, nec mutis rebus defuisse. Pone, nullã tibi esse fidẽ, nullã in Deo spem, aut si duas hasce complecteris, charitatẽ, quę religionẽ ipsam perficit, colorat, viuamq; facit, nõ adesse: iam tibi saxa, ligna, frondes, lacus, vermes, paleæ, stercus, fœces anteibunt. Tam ferreo esse posteris animo, vt lugere cælos, mẹrere angelos, flere astra, squallere tuos, exultare Dęmones, affligi præceptores, gemere cognatos, senio, & macie confici domesticos, Christum deni que ipsum rursus in crucẽ tolli, patiaris? Erit, erit illa dies, cũ tibi quãtus sit religionis cõferuatæ fructus, quanta rursus neglectæ vltio, luce clarius innotescat. Propter se solam expeti honestas debet, etiam si nulla pijs hominibus essent futura præmia, tamen virtus chara esse deberet, cũ Gygis annulo, quod est, impunitate

(c) 2007 Ministerio de Cultura

tate propoſita, peccandũ non eſſe, Plato affir mat, quæ igitur noſtra eſt non pigritia, ſed amentia, non ſtultitia, ſed inſania, non improbitas, ſed perfidia, non ignorantia, ſed impietas, non ſocordia, ſed nequitia, vt cæli ampliſſimi pacta mercedẽ, tartari obſcuriſsimi pœna conſtituta, nullũ flagitijs finem imponamus? Religio eſt, quam nõ obſcurat obliuio, non delet poſteritas, non vincit tyrannis, nõ opprimit vis vlla, ipſaque floreſcit vetuſtate. Lux eſt veritatis religio, magiſtra vitę, vita animi, malorũ dæmonũ terror, hominũ ſalus, cæli hæres, victoria mortis, erebi morſus, ſtrenuè bellantiũ triumphus, alumna Chriſti, ſoror angelorũ, theſſera militantis Eccleſiæ, medijs in fluctibus rupes immobilis, quæ nullis, nec hæreticorũ hoſtium, nec turpiter viuentium inimicorũ ſordibus obſoleſcit. Et cùm alteri peſtẽ mænibus intra mænia comparẽt, alteri muros extrinſecus labefactare cupiant, tamen inexpugnabilis ipſa media in ſede ſemper hæret, telaq; omnia parui pendit. Quare, optimi pueri, ſi religioſè viuentibus nil eſt q̃ aduerſetur, ac noceat, ſi illis opitulatur Deus, proſpiciunt cœlites, obſecundant feræ, obediunt elemẽta, inimici ſeruiunt, hoſtes parẽt,

amici

(c) 2007 Ministerio de Cultura

amici gratulantur: religioni mentem addicite pietatemque corde, & animo complectimini: quærendumque in primis cæli esse regnum statuite, cætera enim vobis pro additamento & velut adiuncta bonitas diuina largietur.

Post

DE VERECVNDIA, et morum Vrbanitate.

Liber quartus.

POST religionis, & Christianæ pietatis obseruationē, verecundia, & morum vrbanitas quędam dignissima mihi visa est, quę pueris commedetur. Hæc est enim quæ nos barbarorum dissimiles efficit, quæ beneuolentiā maximè captat, & illorū quibus cū viuimus, approbationem singularem: quæ sanctitatis occultæ nō leue indiciū est. Et cū religiosorū Dei cultum, à quo nostram hanc rudium informationem (nam duos illos, quos pręposui mus libros proœmij loco esse voluimus) sumus exorsi, animo esse similē credamus, quòd interiorem hominum vim perficiat, & illustret: hanc politicam humanitatem, quę foris videnda est, corporis imagini cōparabimus: vt cùm omnis nostra vis in animo, & corpore sita inueniatur, puerilis institutionis integra ratio constare possit, si religionis pręceptis comitatis regulas iunxerimus. Cùmque nudos esse homines non deceat, morum ornamen-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

namenta alia minime negligemus, quæ sunt á castitate, constantia, grauitate, magnitudine animi, literarumque amore poscenda, vt illis tamquam precioſis indutus veſtibus noſter alumnus eniteſcat. Et quidem de pudicitia proximo libro agemus, qui erit huius operis poſtremus, perfectionis verò adoleſcentię argumentum nouo quodam edito opere, ſcribendiq; genere diuerſo, ſi Deo libitum fuerit, fortaſſe perſequemur. Nunc igitur de verecundia, vrbanaq; modeſtia diſseramus, vt nó ſolum Deo (quod liber proximus docuit) verum etiam hominibus, id quod aſſequi modo contendimus, gratus eſſe poſsit Chriſtianus adoleſcens, quem educamus.

Verecundiæ commendatio, eiusqùe aliquot præceptæ ex magnis authoribus petita. Cap. I.

Cicero libro I. Officiorum.

NAturam ſequamur, & ab omni, quod ab horret ab ipſa oculorum, auriumq; approbatione, fugiamus. Status, inceſſus, ſeſsio, accubatio, vultus, oculi, manuum motus teneant illud decorũ, quibus in rebus duo ſunt maximè fugienda, ne quid effœminatum, aut molle

illud

(c) 2007 Ministerio de Cultura

molle & quid durum, aut rusticum sit. Nec verò histrionibus, oratoribusq; concedendũ est, vt ijs hæc apta sint, nobis dissoluta. A forma remoueatur omnis viro non dignus ornatus, & huic simile vitium in gestu, motuque caueatur. Nam & palęstrici motus sæpe sunt odiosiores, & histrionum nonnulli gestus ineptijs non vacant, & in vtroque genere, quæ sunt recta, & simplicia laudantur. Adhibenda est præterea munditia non odiosa, neq; exquisita nimis, tantùm quæ fugiat agrestem, & inhumanam negligẽtiam, eadem ratio est habenda vestitus, in quo, sicut in pleriſq; rebus mediocritas optima est. Cauendum est autem ne aut tarditatibus vtamur in gressu mollioribus, vt pomparũ ferculis similes esse videamur: aut in festinationibus suscipiamus nimias celeritates. Sit sermo lenis, minimèq; pertinax, insit in eo lepos, nec verò tanquam in possessionem suam venerit, excludat alios. Sed cum reliquis in rebus tum in sermone communi vicissitudine nonnunquã vtendũ putet, ac videat in primis quibus de rebus loquatur. Si serijs seueritatem adhibeat, si iocosis leporem. Sed difficile dictu est, quantopere conciliet animos hominum comitas, affa-

Lib. 2. offic.

bili-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

bilitasque sermonis. Extant epistolę & Philippi ad Alexandrũ, & Antipatri ad Cassandrũ, & Antigoni ad Philippũ filium trium prudẽtissimorum (sic enim accepimus) quibus præcipiunt, vt oratione benigna multitudinis animos ad beneuolentiam alliciant, militesq; blandè appellando sermone deliniant. Hæc Tullius, à quibus ne latum quidem vnguem recedit Ambrosius, valent enim etiã ad Christiani pueri institutionẽ quæ homo nostrę religionis ignarus Cicero docuit. Aristoteles verò puerorũ verecundiam vel pœnis, & supplicijs grauitate putat esse sanciendã, eum enim, qui turpe quicquã vel dicere, vel facere audeat, si puer sit, verberibus ex legis instituto accipi oportere censet, si grandior, ignominia notari, infamiaq; seruili. quin etiam impudentiores picturas vetat aspicere, vt nó solùm impudẽtię rami amputentur, sed etiam radicum fibræ omnes euellantur. Sed iam ad exẽplorum commemorationem veniamus.

Lib. 1. offi. cap. 18.

Lib. Polit. 7. cap. vlt.

Diuina pudoris exempla. Cap. II.

De Primis nostris parentibus.

PArentum nostrorũ calamitosus ille lapsus verecundiæ vsum inuexit ante illud tẽpus

Genes. 2. & 3. cap.

T igno-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

ignoratũ. Etenim primi coniuges, qui quandiu innocentes fuerunt, nudi esse sine rubore poterant, post culpæ fœditatẽ, ad pudorẽ velut ad tabellã aliquam naufragio facto confugerunt: ficulnasq; frondes pro subligaculis assumpserunt, quorũ etiam pudori consuluit Deus ipse, donata veste illa pellicea, quã ministerio angelorũ confeciſſet. Itaque verecundia iam inde à mundi primordio & coli cœpta est, & Deo placere.

De Seno, & Iapeto filijs Noe.

INhoneſtè iacentẽ Noe Cham filius irriſiſſe fertur, ſuosq; fratres ad inſultandũ nudo patri conuocaſſe, at verò Senus & Iapetus egregia quadam indole, & honeſta verecundia præditi parentẽ ſuum nihil omnino cernentes auerſis veſtigijs obtexerunt. Nõ latuit ſenẽ ex ſomno expergefactum, nec Chanis ſceleratiſsima petulantia, nec pietas reliquorũ. Quocirca liberis ſuis optimis Seno, & Iapeto benedixit, felicemq; ipſis proſperamque fortunã precatus eſt: Cham verò ſibili & irriſionis dedit pœnarũ ſatis, quẽ pater Noe diris, execrationibuſq; deuouit, ſuorumq; fratrum ſeruum, & prope mancipium futurũ eſſe prædixit. Digna profecto verecũdię merces, quæ

Geneſis ca. 9.

ferè

ferè impudentiæ dominatur.

De Rebecca.

HOneſtiſsimæ Rebeccæ non eſt tacenda Verecundia, quæ veniens ex Meſopotamia vt in Chananæorum regione viueret, & iuſtiſsimi Iſacci coniugio frueretur, cũ in illum qui ſibi maritus erat futurus, incidiſſet, quẽ tamen ipſa neſciebat, protinus ex camelo deſcendit, ne ſalutantẽ, & ſibi occurrentẽ virum eques reſalutaret, quod eſſe nimis ruſticum virgo ingenua putabat. Verũ vbi Iſacc ũ eſſe illũ cõperit, pallio ſe confeſtim induit, & virginea chlamide, ne qua ſolutioris vitæ ſigna præmonſtraret. Vt minimè mirandũ ſit Iſacci doloré acceptum ex obitu materno lectiſsimæ prudentiſsimæq; vxoris aduentu tẽperari potuiſſe. *Geneſ. c. 24.*

De Iacobo Patriarcha.

IAcobi in fratrem Eſau tantillo maiorẽ natu quanta fuerit obſeruantia, facile intelligitur ex verbis comitatis lenitatisq; pleniſsimis, quibus eſt affatus illũ, cùm ex Meſopotamia rediens in Eſau incidit quadringentis hominibus comitatũ Siquidem ſepties coram illo genua complicuit, dominum appellauit, *Gene. c. 33.*

(c) 2007 Ministerio de Cultura

eamq; aduersus fratrem reuerentiã adhibuit, quã supplices, & captiui coram victore exercitu prębere solent. Est quidem aliquid pauo ri tribuendũ, quem summum & ingentẽ conceperat ex illo fratris occursu, maiorem tamẽ illius venerationis partem sibi vendicat Iacobi ingenium, & in natu maioribus venerãdis officiosa cura, quã antiqui illi mortales valde familiarẽ, & quasi genuinam habuerũt. Non enim inculti mores Deo grati esse possunt, nec audiendi sunt horridę cuiusdam sanctitatis homines, à quibus obsequiũ improbatur.

De Vria Hetheo.

QVẽnó delectabit Vriæ continẽtia modestiæ & verecũdiæ plenissima? apud quẽ Dauidis Regis nec adhortatio quicquá profuit, nec ciborum ac vini largitio valuit, nec ætatis robustæ ardor effecit, vt vxoris & pulchræ, & longo fortasse mensium interuallo non visæ complexus adamaret. Dormiuit ante portam regiam vxore, & domo relicta, inuerecundũ esse credens, vt delicatam ipse vitam ageret detento in bellis duce suo, vitamque sub pellibus traducente. Commilitones itaq; suos, & imperatorẽ Ioabum vel absens, & lo-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

& locorum intercapedine diſiunctus ſequi maluit, quã regi obedire intempeſtiuas voluptates ſuadenti: fuerit hoc vel religioſi animi propter arcam Dei: vel tẽperantis propter ducem, & commilitones; mihi certe pudoris inſignis nomine vt appellẽ, occurrit. Eſt enim hominis perfectè verecundi, vt illum pudeat ſuimet, nihilq; remotis arbitris cõmittere audeat, quod & ſi loci ferat opportunitas, temporum tamen fortuna non toleret. Reg. 2. c. 22.

Chriſtianis exemplis verecundia commendatur. Cap. III.

De Ammone.

REligioſus Ammon pudoris exemplum edidit ſingulare, nam tranſiturus foſſam aquæ inundantẽ cũ diſcipulo Theodoro, ne veſtibus vel depoſitis, vel ſurſum leuatis, alter alterius nudũ corpus aſpiceret: cunctari adoleſcentẽ itineris comitẽ iuſsit; & manere procul: cùm verò & ipſum iam ſolum, à ſocioq; diſiunctũ ſuimet pudere cœpiſſet; raptus eſt diuina quadã vi, ſublimemq; aera velut pernicisſima volucris interſecãs, vltra fluuium nihil madẽs eſt perductus. Nec mirũ aduolaſſe eũ qui nullo ſuæ carnis põdere premeretur. Caſſiodorus in Tripartita. lib. 1. cap. 11

(c) 2007 Ministerio de Cultura

De Sancto Antonio.

S. Athanasius in vita Diui Antonij Abbatis.

NOn est dissimile quod de Antonio Sanctissimo prædicatur, cuius nudũ corpus nemo vnquam aspexit: quo sanè fiebat vt quã longissimè à turpitudine abesset, qui ea quæ morum grauitati labeculam aspergere possent, diligentissime fugiebat.

De primis Ecclesiæ Sanctæ hominibus.

POlycarpũ illum Ioannis Euangelistę discipulum, & populi Smyrnensis antistitem egregium narrant historici, solo mortis die, quam pro Christo subijt acerrimam, calceos sibi detraxisse cùm octogenarius esset: nã ante illum diem discipuli, qui magistrum impensè amabant, perfectęq; venerabantur, in soluenda zona, tollendis calceis, adimendisque vestibus illi seruierunt. Quem morẽ illius tẽporis Christicolis omnibus cõmunem fuisse, vt se honore inuicem (quemadmodũ docet Apostolus) præuenirent, certatimq; alij alios honoris causa vestibus exuerent dormiendi tempore: in annales suos retulit Eusebius nõ modo Scriptor, sed propè veritatis inspector. Est quidem aureo illo seculo maxime digna

Eusebius eccle siastica Histori. lib. 4. c. 15.

offi-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

officiosa hæc, ciuilisq; humanitas, quæ iacere non poterat religione florente.

De Paulo & Antonio monachis Sanctissimis.

MIrari satis non possum antiquorum Patrum comem affabilitatem, modestiãque vrbanam, quos inter Paulus ille primus heremicultor, & Antonius maximè floruerunt, sed nos loquentem Hieronymum, præsentiq; negotio conuenientem historiam explicantẽ audiamus. Inter has (inquit) sermocinationes suspiciunt alitem coruum in ramo arboris consedisse: qui inde leniter subuolabat, & integrum panem ante ora mirantium deposuit. Post cuius abscessum eia inquit Paulus, dñs nobis prãdiũ misit verè pius, verè misericors. Sexaginta iam anni sunt, quod accipio dimidij semper panis fragmẽtum, verùm ad aduentum tuum militibus suis duplicauit annonam. Igitur Dño gratiarum actione celebrata, super vitrei marginem fontis vterq; cõsedit. Hic verò qui frangeret panẽ oborta cõtentio pene diem duxit in vesperum. Paulus more cogebat hospitij, Antonius iure refellebat ætatis. Tandem consilium fuit, vt appre-

Inuita S. Pauli primi eremitæ.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

henſo èregione pane dum ad ſe quiſq; nititur pars cuique ſua remaneret in manibus. Hæc Hieronymus, nos interim hominũ comitantem admiremur in ſolitudine vitam degentium; qui nec incultè vixere, nec horridè, naturaque triſti, ac recondita minimè fuerunt. Quæ enim aula tam officioſos, & politicos vnquàm homines tulit? regiam mihi credite, ſuperat eremus etiam in hac deferẽdi honoris humaniſsima, ſuauiſsimaque ratione, cuius peritiam falsò vulgus exiſtimat ſolis eſſe cognitam ciuibus.

Hieronymus in vita S. Pauli primi Eremite.

De Iacobo Anachoreta.

CVm Iacobus Niſibi ortus Chriſtianos Perſidis inuiſeret; vt erga illos paternam curam adhiberet, in ipſo recto itinere fontem reperit, vbi puellæ multę pannos lauabant, veſtiumque munditiam nudis pedibus procurabant, fœminæ, Iacobo prętereunte, cuius erat ſumma auctoritas, & mira grauitas, cũ faciem velare, veſtes quas ſurſum traxerant, demittere, atque explicare hominemq; natu grandẽ, moribuſq; ſplendidum vereri debuiſſent: tamen frontem perfricuerunt, impudentiſsimiſque oculis virum maturæ ætatis aſpexerunt.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

runt. Verùm Iacobus cùm petulantia mulier
cularum, tum maximè spectaculi turpitudine
offensus, cum fontem ipsum diris, execratio-
nibusque deuouisset, manantes aquæ confe-
stim euanuerunt. Puellis autem, quę florentis
erant ætatis, formosiq; vultus canos, & rugas
circumdedit, deformemque senectutem ante
tempus induxit. fœminę accepto illo suppli-
cio, repentinaque mutatione obstupefactæ
ad suam vrbem, quæ non procul aberat, con-
fugerunt, remq; vt acciderat, explicarunt. At
verò ciuitatis incolæ cum intelligerent quid
filię & meruissent, & pertulissent suę, ad Iaco
bum se contulerunt, quē vt vident, vt sui mi-
sereretur, suppliciter exorarūt. Tum Iacobus
commiseratione motus Deum precatus est
pro amnis, fontisque reditu, quē ciues rursus
fluentem, se seq; latissime diffundentem cum
primum Iacobus precari desijt, conspexerūt.
Cùm verò impudentibus mulierculis iuuen-
tæ florem restituere etiam Iacobus vellet, pre
sto illas esse iussit, & in conspectum venire:
quòd quia facere noluerunt, Senilis illa ma-
cies fuit ipsis ęterna. Meritissimam quidē pœ-
nam fœminę subierunt semel, & iterum petu-
lantes, nam cùm insignem impudentiam pu-

Theodoretus in lib. de historia Sanctorum patrum, in vita Iacobi, quæ est omnium prima.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

dore corrigere potuissent, petitaque erroris venia, vitiosa, impeditæ verecundia coactæ sunt infamiæ notam colori, frontique inustã perpetuò sustinere.

De Ioanne Altauilla.

NEapolitanorum regi Ferdinando, qui bellum cum Gallis gerens lapsu equi in arctissimas viæ, vitæque angustias inciderat, Ioánes Altauilla præsidio fuit: suum enim ipse equum, quo velocissimo in periculis ad salutem vtebatur, regi obtulit, in quem Ferdinandus non inuitus ascendit, aut tardus, illũ enim necessitas, desultoriæque artis peritia reddebat strenuum. Verùm hostes cùm à tergo insisterent, fugientemque celerrimo cursore Fernandum comprehendere non possent, in Altauillam fecere impetum, quẽ equi destitutum auxilio necauerunt. Ità charitati comitas adiuncta fortissimo Altauillæ nomẽ peperit immortale.

Paulus Iouius lib. 3. historiarum sui temporis.

De Maximiliano Imperatore.

GEnerosa Maximiliani Cæsaris verecundia cæteras animi virtutes, quibus optimus hic princeps enituit, non mediocriter exornauit. Quem nemo vnquam etiam cubãdi

tempore

(c) 2007 Ministerio de Cultura

tempore nudum aſpexit, quin etiam præſente aliquo ſiue familiariſsimo, ſiue neceſſariarum rerum, cubiculiq; intimi miniſtro matulam ad excipiendã vrinam minimè ſumpſit, quod etiam vaſculum morbo affectus paucis ſimis, ſelectiſsimisq; medicis oſtendebat. Tanta præterea comedentis Maximiliani fertur fuiſſe mundities, vt mirabilis ijs, à quibus cernebatur eſſet, multique huius rei contẽplandę ſtudio tenerentur. Talem eſſe oportebat eum, cuius ſoboles vniuerſum ferè Chriſtianæ gentis imperium eſſet adeptura. *Petrus Mexia in eius vitã.*

Externa exempla de pudore, & morum Vrbanitate.

Cap. IIII.

De Lacedæmonijs.

NOn defuit antiquis hominibus verecundię laus Spartanis præſertim, apud quos capitale fuit, vt iuuenis locupletiſsimus ſenivel mendiculo non aſſurgeret. Quæ res lepidiſsimo quodam Ciceronis illuſtratur exemplo, cuius hæc ſunt verba. Lyſandrum Lacædemonium dicere, aiunt, ſolitum, Lacædemone eſſe honeſtiſsimum domicilium ſenectutis. Nuſquam enim tantum tribuitur ætati, nuſ- *In Catone maiore.*

(c) 2007 Ministerio de Cultura

nuſquã eſt ſenectus honoratior. Quin etiam memoriæ proditum eſt, cum Athenis ludis quidam in theatrum grandis natu veniſſet, in magno conſeſſu locum ei à ſuis ciuibus nuſquam datum. Cùm autem ad Lacedęmonios acceſsiſſet, qui cum legati eſſent, in certo loco conſederant, conſurrexiſſe omnes illi dicuntur, & ſenem illũ ſeſſum recepiſſe. Quibus, cùm, à cuncto conſeſſu plauſus eſſet multiplex datus, dixiſſe ex his quendam, Atheniẽſes ſcire quæ recta eſſent, ſed facere nolle. Multa in noſtro collegio præclara ſunt, ſed hoc de quo agimus in primis, quod vt quiſq; ætate antecellit, ita ſententiæ principatum tenet. Neque enim ſolùm honore antecedentibus, ſed ijs etiam, qui cum imperio ſunt, maiores natu augures anteponuntur. Satis hoc Ciceronis exemplo docemur, quantum ſenes reuereri oporteat.

De populo Romano.

LOngo tempore apud Romanos conſuetudo fuit, vt communis eſſet plebi, & Senatoribus locus ad ludos contuendos, nõluit tamen Romanus populus permiſſa vti licentia, neque repertus eſt quiſquam ex humilioribus,

(c) 2007 Ministerio de Cultura

ribus, qui cum patribus conscriptis consideret, fabulasque permixtim spectaret. Sed hoc nunquam tam clarè splenduit, quàm cùm Lucius Flaminius septem annis postquam consul fuerat à censoribus Marco Catone, & Lucio Flacco iustissimis de causis senatu motus in extrema theatri parte constitit. Plebs enim simul atque Flaminius assedit, vocem, clamoremque extulit, & in locum patricijs debitũ transire ipsum compulit frustrà reluctantem. Censorum seueritatem, & populi modestiã demiremur. Alteri enim flagitiosam vitã honore indignam esse censuerunt, alter comitati, & verecundiæ locum etiam in summa acerbitate dari posse cognouit.

Valerius Maximus. lib. 4. c. de verecund.

De censoribus Romanis.

ROmanum equitem comptum, & nitidũ sed equo vtentem strigosiore cẽsores rogauerunt, quæ nam esset causa, quare colore ipse bono esset, equus verò gracilis incederet: hic eques quoniã, inquit, me ipse curo, equũ seruus Statius. Responsum licet vrbanum, & acutum parum tamen verecundum visum est censoribus: itaque Romanus eques notatus ignominia est à censoribus, quòd impudẽtius

Festella de magistratibus. c. 17.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

tius respondisset. Ijdem Romanum ciuem, qui in ipso censorum consessu oscitauisset altius, ignominię nota pupugerunt: Verùm vbi cognitum est valetudinis id accidisse incommodo, non loci, maiestatisque censoriæ despicientia, dignitati est pristinæ restitutus. Quare modestiæ leges contemni non debẽt, molestioresve censeri: sine quibus magna interdum famæ, & fortunarum dispendia subeuntur.

De N. Scipione, & scriba Cicereio.

Valer. Ma. li. 4 c. de verecundia.

IN Campum Martium superioris Africani filius & Cicereius scriba descenderant: vt de prætura adipiscenda certarent. Verùm cùm intelligeret Cicereius, omnibus se centurijs Scipioni anteferri, procul abiecta toga candida, suo cœpit æmulo, & competitori suffragari. Pudebat enim Cicereium repulsæ cõtumelioſæ, quam pater clarissimus in degenere filio passurus esse videbatur.

De Pompeio, & Cæsare.

POmpeij, & Cæsaris in re diuersa pudor celebri sermone memoratur. Quorum alter Pharsalica acie victus cũ Lariſſam profugus in-

intraret, eiq́ue vniuersus populus pristinæ felicitatis memor fausteè acclamando occurreret, ite inquit ipse, & officiosa ista salutatione victorem honorate. Alter viginti tribus confossus vulneribus ne moriens inhoneste caderet, vtraq́ue manu togam demisit. In extremis suis rebus verecundiæ rationem habuit vterque, quæ infelices amborum exitus non nihil decorauit. *Ibidem.*

De Marco Antonio.

BRuti corpus, qui sibi ipse mortem conscierat factis cum nomine congruentibus, uerat Marcus Antonius cuius ipse Brutus fuerat inimicus, liberto suo sepeliendum tradidit: quo autem exequiæ tanti viri honestiores essent, suum ipse paludamentum humanissimè tribuit ad cadauer inuoluendum. Quod quia libertus vestis, quæ preciosa erat, cupiditate allectus abstulerat, ab Antonio interfectus est tanquam fur inuerecundus. Ossa vero ad matrem Seruiliam & vxorem Portiam dono misit. Sæuit nõnunquam neque id iniustè, ciuilis officiosaque humanitas, placabilis, si res ita poscat, inimicis, seuera & vehemens in suos. *Plutarchus in Bruto Valerius Maximus li. 5. c. 1.*

De Clitomacho.

Pugil

(c) 2007 Ministerio de Cultura

PVgil Clitomachus inter rara pudoris exẽ pla numeratur. Etenim gladiator cum eſſet quod hominũ genus impudentiſsimũ eſſe ſolet, tam charam verecundiam habuit, vt nil vnquam quod oculos offendere poſſet, aſpexerit. A conuiuijs autem ſi de rebus obſcænis ſermo incideret, continuò recedebat. Diſcãt à pugile verecundiam qui propter militarem vitam omnem ſibi permiſſam eſſe licentiam arbitrantur.

AElianus li. 3. de varia hiſtoria.

De Architа.

MAgnus ille Architas modeſtiæ ſupra quam dici queat, ſtuduiſſe fertur: qui in librorum interpretatione ab obſcænis vocabulis diligenter abſtinuit. Si quid vero exponendum occurreret, quod eſſet obſcænum, id reticebat, audiẽtiumque parcebat auribus, nec vnquàm in animum induxit immundius aliquid lingua proferre. Quam hominis virtutem vtinam Grammatici imitentur, cum poëtas prælegunt, ſuiſque diſcipulis enucleant, & exponunt.

Idem li. 14.

De Adriano Cæſare.

IN colloquijs etiam humillimorũ ſe ſummè affabilem præbebat Adrianus. AEgro

tos

(c) 2007 Ministerio de Cultura

tos bis ac ter in die visisse dicitur, nec ab hoc honore libertinos excluſisse. Illos vero nouercali proſequebatur odio, quibus humanitas hæc verè regia diſplicebat, quod principem ſeueriorem eſſe oportere dicerent. Quin etiã huius ingenij viros Adrianus ſuæ non incolumitatis ſolum, ſed etiam voluptatis cenſebat inimicos. Illud verò dicere non omittam, quod eſt in hoc genere maximè illuſtre. Nam cùm ſeruum ſuum quendam inter duos ſenatores deambulantem animaduertiſſet, miſit confeſtim qui eum & colapho cæderet, & Adriani nomine diceret, vt inter illos mediũs eſſe deſineret, quibus ſeruire poterat. Satis hæc nobis exempla indicant, quàm ſit imperatoria virtus hæc, de qua loquimur, quáque ad ſtabilienda regna conueniens.

AElius Spartianus in vita Adriani Cæſari.

De Gordiano Imperatore.

GOrdianus ille, qui in ſenectute vnà cum filio apud Africam, cuius proconſul erat, à militibus creatus eſt Imperator: cum multis eſſet ornatus virtutibus, hanc de qua nobis iá dudum ſermo eſt, poſtremam non habuit. Annio enim ſeuero ſocero ſuo tantum detulit, vt ſe pro eius filio ſemper geſſerit, cum eo non

Iulius Capitolinus in Gordianorũ vita

(c) 2007 Ministerio de Cultura

non lauerit, præsenteque ipso minimè vnquã sederit. In eadem domo cum socero vixit, si quando tamen ædes diuisas haberet, diebus singulis socerum inuisebat. Videant affinitate deuincti quantum errent, si se efferant aduersus vxorum suarum parẽtes, in quo à multis sæpe delinquitur.

De Agesilao, & Cyro.

CYrus Persarum rex quem non tam Xenophon, quàm Isaias fecit illustrem, in summo Imperio tantam adhibuit lenitatem, moderationemque, vt nunquam verbum ex ciderit asperius ab eius ore, quod idem de Lacedæmoniorum principe Agesilao scriptores prodidetunt. Præclara quidem, summisq; principibus digna laus, nec enim vllum cõmodius artificium esse potest beneuolentiæ colligendæ.

Cice. epist. 2. ad Quintũ F.

De Xenophane.

CVm Xenophani Lagi filio Hermoneus familiaris, & amicus timiditatem, inertiamque obijceret (talis enim ludere rogatus nollebat) fateor, inquit Xenophanes, me nõ quoquo modo timidum, sed pene incrediliter affici metu, si tamen mihi turpia offeran-

Plutar. de vitio. verecun.

tur,

(c) 2007 Ministerio de Cultura

tur, & quæ ſint aduerſa virtuti. Egregius ſanè timor eſt, qui deterret ab inhoneſtis animum.

De Spurio Minutio.

POſthumia Minutij vxor (vel myſtica poti' ſponſa) erat quippe Veſtalis, ipſeq; Minuti Pontifex maximus, cùm neque riſum teneret, nec cum viris ſermonẽ conferre deſineret, graue violatæ pudicitiæ collegit infamiã. Verùm licèt compertum eſſet, nobilem matronam à flagitio abfuiſſe, tamen eam repudiaſſe Minutius dicitur, dimiſſamque admonuiſſe, ne impudentiùs loqueretur quàm viueret. Hanc hiſtoriam nobilibus fœminis cupio eſſe notiſſimam: Etenim vrbanitas illa, quam dicunt claris eſſe dignã virginibus, non ſine magna mercede contingit ſuſpicionis in cæteris, turpitudinis in ſeipſis.

Plutar. in li. qui inſcribitur quo pacto quis efficietur ex inimicis capiat vtilitatem.

Naturæ exempla. Cap. V.

De Armenio Mure.

ARmenium Murem villi pelliſque mollitie delicatum munditiæ haud ignobilis exemplar eſſe facile intelliget, qui eius naturã ex auctoribus didicerit. Tantò enim ſordes illi ſunt odio, vt, ſi luto cauernæ oſtium illitum eſſe videat, capi potius à venatoribus velit,

(c) 2007 Ministerio de Cultura

quàm tranſiliendo fœdari. Quam beſtiolę huius indolem nobilis vates Petrarcha ſuis carminibus celebrauit. Non enim pars eſt verecundiæ minima à rebus ſpurcis, & lutulentis abhorrere.

Pierius Valerianus in Hieroglyphicis li 23.

De cadaueribus hominum & mulierum.

Plin. li. 7. naturalis hiſto. c. 17.

VIrorum cadauer in mare proiectum fluctuat quidem ſupinum, Sed quod fœminarum eſt, pronum, ipſasq; ad vndas verſum, vt pudoris memorem eſſe naturam cognoſcamus.

De Hirundine.

Ibidē lib. 10 c. 33.

HIrundo recentium pullorum ſtercus mirabili quadam munditia extra nidum eijcit, paulò adultiores verſare corpus docet, & à nidulo procul ventris onera depellere.

De Elephantis.

SVa eſt Elephanto verecundia ne quid hominis imitatori deſit. Qui enim ex illis in certamine vincitur herbas victori verbenamque porrigere conſueuit. Produnt etiam hiſtoriæ non defuiſſe elephantem, qui æmuli, à quo fuerat ſuperatus, gloriam, ſuamq; ipſius infamiam minimè tulerit, ſeque ipſe occiderit,

(c) 2007 Ministerio de Cultura

rit, vt morte dedecus effugeret. Pudor est præterea, qui elephantes in abdito procreationis causa facit copulari. Est sanè verecundia turpitudinis inimica, quod pene intelligunt ex bestijs nonnullæ. Idē li.5.c.15.

De Leone.

EST etiam in Leone verecunda quædam ingenuitas, qui periculum impendens, si testes adsint, fugæ præsidio vitare non audet, veretur enim infamiam: tunc demum currit, & quærit latibula; cùm vel neminem circunspicit, vel semitam quam ad fugiendum delegit frondibus videt, & virgultis intercluſam. Idē li.8.c.16.
Tandiu saluares erit adolescentum, quamdiu rubor genas tinxerit, cum feras animantes honestate, quę prædicabilis est affici quodammodo, & delectari videamus.

De vitio a Verecundia.

Cap. VI.

MAgna quidem Verecundiæ laus est, non immerito dixerit Cato, plus esse in ea magis adolescentes, qui erubescerent, quam qui exalbescerent: Sed tamen nulla est virtus cui non sit vtrinque scelerum aliqua vicina metuenda, quę mediam honestatē cel-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

ſanté velut admotis machinis conetur euer tere. Ex quo efficitur, vt verecundiam hinc temeritas, & impudentia, illinc pudor vitioſus hoſtiliter oppugnet, ijſque tanquam tormentis media virtus, vt arx munita quatiatur. Sed de impudentia, quę cognitu facilior eſt, nil dicere oportet, vitioſam autem verecundiá ſatis egregiè Plutarchus exatigauit in eo libro, quem de hac ipſa quæſtione cõpoſuit. Quocirca noſtrę breuitatis magna eſſe excuſatio poterit ex hoctam copioſo diſputatore, qui nos ingenti onere liberauit. Ad eum igitur adeat qui ſatur eſſe deſiderat, nos enim breuem quandam cænulam pueris noſtris dabimus, quorum eſt natura facilior, minuſque egens copia ciborum. Sit igitur in primis Bruti ſententia noſtris adoleſcentibus ſemper in ore, qui dixit, videri ſibi malè eum iuuenem ætatis florem collocaſſe, qui nil negaret petentibus: quo nil dici verius poteſt: nam obſequendi facilitas ſæpe ſcelera inuexit, iuuenisque animum deprauauit. Huic autẽ pruſcriptiæ obſiſtitur, fortitudine, conſtantia, ſapientiæque conſilio, & monitis. Eſt enim adoptiuus maiores natu deligere, vt ait Fullius, qui deligere optimos, & probatiſſimos, quorũ

(c) 2007 Ministerio de Cultura

quorum consilio,& authoritate nitatur:in eũ tis enim ætatis inscitia senum constituenda, & regenda prudentia est. Quæ nisi faciet adolescens,sæpe vt fumum vitet in ignominiæ se incendium conijciet,calamitosaque fama velut pernicioſa flamma exardescet. Hæc tamẽ exemplis illustrantur,& fiunt clariora.

De Xenocrate.

XEnocrates quamuis natura morosus esset,atque asper,tamen pudore victus, & precibus hominem quendam minimè probum Alexandro absenti commendauit. Cùm verò Alexander lectis literis, quas ad eum Xenocrates dederat, hominem ipsum, qui commendabatur, complexus rogaret, num qua re opus esset,fertur is talentum poposcisse,dari quidem Alexander, numerariq́ue pecuniam iussit: sed tamen Xenocratem litteris missis admonuit,vt quem commenda ret prudentius deinceps animaduerteret, circunspiceretq́ue diligentius. Sapienter igitur dixit Horatius.

Plut.li.de vitio.verecun.

Lib.1.epist.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Qualem commendes etiam, atque etiam aspice, ne mox
Incutiant aliena tibi peccata pudorem.

De Zenone.

CVm adolescens quidam Zenonis familiaris vrbem ingredi præ pudore non auderet, eumq; extra mænia Zeno ambulantem reperisset, rogasse fertur cur latitaret, ciuiumque conspectum fugeret: cui adolescēs fugio, inquit, amici præsentiam, qui me ad falsum testimonium iureiurando asseuerandū pellicere non intermittit. Tum Zeno quid igitur times ignaue, non illum puduit tentati periurij, & tu latebras iustitiæ quæris, officijque, & honestatis amator videri non audes? Hæc vtinam in promptu Zenonis admonitio sit, vt flagitio obuiam ire, preceptaque improba suadentium repudiare iuuenes facilè possint.

Ibidem.

De Agesilao, & Themistocle.

Ibidem.

DVo illa Agesilai, Themistoclisque responsa, quæ sunt creberrimè commemo-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

moranda quis tandem poteſt contemnere? Nam Ageſilaus patri petenti vt quadam in cauſa aliter atque legibus ſancitum eſſet, decerneret, abs te inquit, pater, à puero didici, parere legibus; quare nunc quoque tibi obtempero cauens ne quid in leges committam. Themiſtocles autem Simonidi iniuſta poſcenti nec tu inquit, bonus poëta fueris, ſi extra numerum canas, verſumque vna ſyllaba breuiorem facias, & ego malus ſim princeps, ſi leges in iudicando non ſeruem. Multa etiam Plutarchus exempla colligit eorum, quibus interitum attulit pudor vitioſus, quæ in eo libro legere adoleſcens poterit, quem de vitioſa verecundia idem conſcripſit. Dion enim interijt non quod ignoraret inſidias ſibi à Calippo parari, ſed quia hoſpitem, & amicum obſeruare puduit. Sic Demetrius Antipatrum Caſſandri filium interfecit. Cùm enim apud Antipatrum Demetrius cœnauiſſet, rurſuſque à Demetrio inuitatus Antipater eſſet, ſuſpicaretur-que inſidias: tamen negare non auſus quod is petebat, qui ſibi pridie eadem in re obtemperaſſet, ad cœnam venit, quæ Antipatro vl-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

tima fuit. Est enim insidiatorum perfidiosis, sceleratisque manibus interemptus.

DE

DE VERECVNDIA, & morum vrbanitate.

Continens oratio.

COgitanti mihi, deque puerorum institutione laboranti dignissima verecundia visa est, de qua longam orationem exordirer, & quantum ingenij præstet imbecillitas, disputarem. Nam cùm aut sola, aut maximè honestas hominibus expetenda sit, eius autem vel parens, vel certè alumnus sit pudor: nil ad hanc puerorum cóformationem afferri posse commodius, ratio ipsa monstrabat, quàm si illis, quos honestissimos esse cupimus, verecundiæ præcepta traderemus: quibus exercendis omnis vitæ decor acquiritur, & reijciendis turpitudo. Itaque post religionis initium auspicatum, dictorum, factorumque verecundam moderationem pueris esse proponendam duximus, vt etiam vna, eademque opera parentum nó inutilem gratiam ineamus, quibus gratissimũ esse solet, vt liberi primo quoque tempore mo-

modestiæ legibus astricti teneantur. In his autem explicandis ea potissimùm sequemur instituta, quæ homine Christiano, & verè pio digna esse videbuntur, antiquorum sententijs non omnino explosis, in quibus multa nostris non solùm moribus, verùm etiam sacris consentanea reperimus. Primùm omnium monendi mihi sunt modestiæ cultores, verecundiæ rationem latè patere, vsumque illius esse multiplicem. Est enim eius hominis, qui hac virtute præditus sit, valde proprium, cùm alios, tum maximè seipsum reuereri. Quare, de verecundia hominis in seipso, deque alios honestandi ratione agere nos oportet, quòd duo hæc verecundia complectatur. Principio, quoniam homini à natura tributum est, vt turpiter factis erubescat, operam dabit alũnus, ne simplex infantia indecoris actibus assuescat, cùm pudoris iura inuiolata seruari necesse sit, etiam ab ijs, qui maternis vberibus inhiantes cæterarum rerum sunt cura laxandi. Qua in re non leuiter peccari solet à mulierculis principum, magnorumque ciuium liberos nutrientibus, in quibus honestatis ferè nulla cautio est, omnemque iocandi, &

blan-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

blandiendi cum alumnis licentiam ſibi eſſe permiſſam, arbitrantur. Huius autem mali, ſicut & cæterorum certa illa prouiſio eſt, quam optimi parentes afferunt, eas adhibendo nutrices, quæ minimè ſint decentiam neglecturæ. Fieri ſiquidem non poteſt, vt vllum impudentiæ genus in ijs, quos educant fœminæ, reſidere permittant, ſi & pudorem ipſæ diligãt & patremfamiliâs verecundiæ ſeuerum eſſe, exactorem, meminerint. Magni profecto intereſt, qua quiſque in domo ſit, & quibus radicibus oriatur. Nam qui ſe integros, caſtoſque ſeruarunt, quibuſque minima cum corporibus contagio fuit, ij non aliunde, quàm ex honeſta educatione tantum fælicitatis cumulum acceperunt. AEtas enim prima cœca per ſe, nec multum à beſtiarum abhorrens petulantia nacta peruigilem, pudoriſque amantem nutritorem iam inde à teneris vnguiculis charam habere incipit verecundiam virtutum omnium adminiſtram. Itaque poſt vnã, aut alteram impudentiæ caſtigationem infantes reſipiſcunt nilque obſcœnũ temerè deinceps aggrediuntur. Quare nutricibus curandum eſt, vt minimi pueri, quoad eius fieri po-

te-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

terit, naturæ clàm obediant, inter se verecundè tangant, honestis nominibus appellẽt omnia, remoueant ab oculis, quæ natura diligenter occultauit: sic enim fiet vt sanam mentem in pusillo gerant corpore, puberumque multorum dissolutionem vel taciti reprehendãt. Nec verò senum quorundam immoderationem vituperatione non dignam iudicamus, qui vt oculos non offendant, quod esset turpissimum, & minimè ferendum, tamen ea gariunt interdum, quæ aures castæ præsertim é vestigio reprobabunt. Scenica olim disciplina histrio ad agendum sine subligaculo prodire vetabatur: ne, si fortè accideret, vt quædã corporis partes aperirentur, aspectũ illæ præberent indecorum. Priscam Romanorum verecundiam iure optimo commendat Tullius, erat enim in more positum, institutoque maiorum, ne aut coram parentibus filij puberes, aut cum soceris generi in communi balneo lauarentur. Iudæorum diuina lex, quam sanctus dictauit Spiritus, non semel pudori consuluit, mirabileque est, quam longo, fusoque sermone dominans ille in nobis Deus qua sit & munditia, & verecundia necessitati parendum

(c) 2007 Ministerio de Cultura

dũ interprete Moſe docuerit. Cynicos olim Chriſtianę legis ignara vetuſtas irriſit, noſtriq́ue Theologi Turrelupinos quoſdam Hæreticis anumerandos eſſe cenſuerunt. Vtriq́ue enim naturæ vim deſtruere conati ſunt, illa palàm, & in luce clariſsima factitãtes, quæ pudor vetat nominare. Hoſce ego vix adducor, vt credam, rationis compotes fuiſſe, maximè cùm amentiæ genus repertum ſit inimicum petulantiæ. Narrat enim Plutarchus, Mileſias virgines vel morbo affectas, vel furore exagitatas plurimas ſe laqueo ſtrangulaſſe: cumq́ue Mileti ciues cauſam, remediumq́ue ignorantes ſolicitos & anxios tanta haberet calamitas, vnius ſpectatæ pudicitiæ viri ad populum rogationem ferentis conſilio decretum eſſe idem autor affirmat: vt virginum, quæ ſe interemiſſent, nuda cadauera per medium forum efferrentur, quo ſane plebis cito territæ virgines, pudoriſque iacturam illam metuentes ad ſanam mentem, quæ ſupererant, omnes redierunt. Quo quidem exemplo ſatis oſtenditur, quanti ſint affectionis huius aculei, ea enim virgines timebant reliquæ ex illo tanquam naufragio, ſuſpendioq́ue in-

ſa-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

faniſsimo, quorum ſenſum poſt mortem nullum eſſent habituræ. Sit igitur noſtris adoleſcentulis primum hoc verecundię genus maximè commendatum, ne ſi id fortè neglexerint, in beſtiarum numero habeantur: quam ad rem nutricum pudor ſummè vtilis eſſe poterit, & honeſtatis cura, qua prouidẽtes quid in fœditate mali ſit, quantaque incendia parua ſoleat ſcintilla ſuſcitare, maturè remediũ afferunt, paruulos, & lactentes alumnos honeſtiſsimè nutricantur, id denique faciunt, quod illæ, quæ matronarum nobilium cadauera nuda conueſtiunt, priuſquam in ſepulcrum inferantur: quæ cum probè animaduertant, corpuſcula generoſa ſuæ fidei eſſe permiſſa, verecundiæ leges non excedunt. Sic infantium ætatulam, teneraque membra altrices fœminæ pannis inuoluant, ſic faſciolis cõſtringant, ſic manu ducant, ſic ludant, ſic iocẽtur, ſic præ amore cum ſuis puſionibus balbutiant, ſic illos complectantur, & foueant, vt inter crepundia meminerint pudoris, quẽ etiam alumnis ſedulò commendabunt. Nec enim parua ętas negligi debet, aut non perinde atque adulta formidari, cùm ſanctus ſcribat

(c) 2007 Ministerio de Cultura

bat Hieronymus, nutricis molliter puerum educantis flagitiosa culpa effectum esse, vt ipse alumnus annos duntaxat natus decem viros libidine superaret. Lacte nutrientium mulierculariū vel dolo, vel negligentia si qua fuerint in adolescentibus vicia deprehensa, corriget institutor, qui velut prætor honorarius pupillis restituenda curabit, quæcunque malus tutor ademerit. Erit igitur pædagogi prouidere, non solùm vt à pueris ea fugiantur, quæ genas rubore queant suffundere, verū etiam vt status, incessus, accubatio, vultus, manus, totum denique corpus decorum illud seruet, cuius pulchritudo delectat oculos, mirabilesque excitat amores sui. Nil neque effœminatum, neque rursus dirum, & agreste Christianus puer habere debet. Nam & in cultu omnis est indigna homine vestiū elegantia, apparatusque luxuriosior remouēdus, & in ipso ore, corporisque habitu quidquid motum viciat, & gestum cauere oportet: semper enim quod rectum est, & simplex optimi quique laudauerunt. Munditia, quæ nec mollitiem præ se ferat, nec incultos nos, sordidosque esse demonstret, adhibenda est,

(c) 2007 Ministerio de Cultura

quam, vt pleraque mediocritas commendabit. Sanctissimus Nicolaus, Bernarduſque optimus exemplo esse poterunt, quibus pauertas semper, sordes nunquam placuerunt. Tarditates præterea in gradiẽdo arrogãtiores ne sint, contrà celeritates immoderatas susciperе minimè decet, nam quanuis festinationem poscat res, tamen absque vlla animi perturbatione gerenda est: fieri autem non potest, vt, qui nimis approperet, immodestia vacet, quæ tunc ostenditur, cùm anhelamus, vultum mutamus, ora torquemus. Adolescentum sermo siue in circulis, siue in disputationibus, siue familiarium congressionibus, siue etiam in conuiuijs pertinax esse non debet, aut excludens alios, nisi enim vicissitudini locus sit, iucunditatem colloquia non habebunt. Illud autem prouidere in primis oportebit, ne scilicet vicium aliquod dicacitatis præsertim indicet oratio, quam ob rem, quæ de absentibus maledicè, de præsentibus contumelioſè proferri institutor viderit, sunt illa quidem exquisito supplicio puniенda. Ructare, oscitare, torporem sensim excutere, & fœda quadam brachiorum, corporisque totius flexione tã de-

decet,

(c) 2007 Ministerio de Cultura

decet, quàm ſi narium expreſſum humorem illis, qui adſunt, oſtendamus Ludendi licentiam verecundia temperet, ipſumque iocandi genus petulantia vocare debet, vt omni in re pudor ſit, qui dominetur. Sed cùm multa de modeſtia præcipi vtiliter poſsint, nil præſtantius eſſe ducimus, quàm vt adoleſcentes generoſos præſertim, & diuites inſtitutor admoneat, ne oculos leuiter, & incautè defle-ctant, & volitare patiantur. Nam ſæpe contingit, vt illa oculis cernamus, quæ nobis miſeram afferant cæcitatem, nec eſt vllus acrior ſenſus, quo homines vel primo impulſu ad id concupiſcendum, quod viderint, moueatur. Res quidem aſpectu iucundas qui ſemel vidit, ęgrè obliuiſcitur, ſequitur ſtatim atrox in animo pugna, certamen voluntatis difficile, cupiditatum velut maritimi acceſſus, & receſſus, conſenſionis in re turpi formido, & anceps cura cogitandi. Oculi deſiderium vehementer excitant, nec auertere cogitationem ſinunt ab ijs, quæ libenter, & cum voluptate cernuntur. Quare, adoleſcens optime, niſi graue vulnus mauis accipere, modeſtiæ oppone clypeum, demiſsiſq; oculis incedito: præ-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

ſertim vbi ſe nocentia ſpectacula poſsint offerre. Quid enim cauſæ eſt, cur non feneſtras haſce ambas, per quas ad animum peſtis fæpe dimanat, argilla prope, & ſaxis obſtruamus? Præſtat ſanè, vt ex Euangelio didicimus, cæcos nos, aut luſcos cæli aditu non prohiberi, quàm geminos oculos habẽtes in inferos deturbari. Nos quidem mouere debet præclarum anachoritæ illius exemplum, qui (vt eſt apud Theodoretum) quod legente ſocio ad aratorem, qui non longè aberat, flexiſſet oculos, graui ſe pœna mulctauit: nam per annos quadraginta illa tantum aſpexit, quæ ante pedes poſita iacebant, ſemperque è cella egrediens aut omnino clauſis, aut certè conniuentibus oculis incedebat. Ergo ille rem minimè tetram aſpexiſſe graue eſſe ſcelus duxit, id quod pœnæ magnitudo declarat: te non inutilia ſolùm, verùm etiam nefaria, flagitioſaque vidiſſe non pœnitebit? ſublimes oculos, vt Sanctus affirmat Spiritus, execratur Deus, ſunt namque & libidinis indices, & arrogantiæ. Iob ille rarum moderationis, & tolerantię documentum ne qua influeret in animum cogitationis fœditas, ſapienter prouidebat, cum ipſiſ-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

ipſiſque oculis paciſcebatur, ne ſe ad intuendam virginem aperirent. Ex ipſa, quæ in oculis eſt, diuina fabrica intelligi facilè poteſt, quæ ſint vera, quæ dicimus. Membranis ſiquidem tenuiſsimis, vt ait Tullius duo hæc, quæ ſunt in nobis lucida ſpecula veſtiuit Deus, exin palpebras adiecit, quæ ſunt aciei ipſius tegumenta, prouidens vt pupilla, qua cernimus, claudi identidem poſſet: & ſumma cum celeritate. Munitæ præterea palpebræ ſunt tanquam vallo pilorum, oculique ipſi ſupercilijs obductis, genis leuiter eminentibus, naſoque interiecto, velut excelſis vndique parietibus ſepiuntur. Quæ nobis indicare omnia videntur, referre plurimùm, vt oculi deliteſcant. Meminiſſe oportebit, eum à nobis iuuenem inſtitui, qui verè Chriſtianus ſit futurus. Hæc autem, quæ de pudore ſcribimus, ad illum potiſsimè referenda ſunt, qui è corde egreſſus inde vſque refluens ad faciem peruenit, colorat que ipſam eandem, partibuſque corporis vniuerſis decentiam affert. Nec ſibi perſuadeant pueri de ſola nos externa verecundia loqui, quæ cum ficta, fallaxque ſit, non poteſt eſſe diuturna. Quam ob rem nil ſe præclarũ

(c) 2007 Ministerio de Cultura

magistri assecutos putent, si discipulos corã, & publicè verecundantes cernant, à quibus tamen intra parietes illa efficiantur, quæ sint dissolutioni proxima. Nam si homines, vt sanctus inquit Ambrosius, non vereri turpe ducimus, quantò erit impudentius, tres illas diuinitatis vnius personas, Patrem scilicet immensum, viuam ipsius, expressamque imaginem Filium, Sanctum denique Spiritum non vereri? illiusque præsentia, quam oculi quidem nõ cernunt, fides tamen ipsa confitetur, & videt, non moueri? Ego illud esse pudoris genus liberale, & ingenuũ semper existimaui, quod non tam artificio, quam officio constet, sitq; à probitate animi ductum, nõ à versutia. Iam qui ciuilem esse adolescentem putat, à quo homines gestu non offenduntur, aut aliqua linguæ ruditate, licet molliter, & impudicè viuat, tam opinione fallitur: quàm qui pietatis speciem, fictamque effigiem solidam esse diceret sanctitatem. Hunc ego perniciosissimũ errorem in diuitum familijs, amplissimisque domibus, palatijsque commorantem mecum tacitus sæpe deploro. Etenim video principũ liberis formatores adiungi, tantùm vt pudoris

(c) 2007 Ministerio de Cultura

ris vmbram neſcio quam perſequantur, aperiendiq́ue capitis,& aſſurgendi rationem, & cum hominibus concinnè,venuſteq́ue agendi normam velut ab architecto perdiſcant,verę pietatis,& religionis cura neglecta. Sed nos,qui inſtitutionis huius à religione principium duximus,apertè monſtrauimus,quemlibet puerum,ſiue is ignobilis,ſiue illuſtri loco natus exiſtit, Deo in primis , hominibus deinde gratum eſſe debere. Quocirca, oleũ, & operam ſe perdidiſſe præceptor exiſtimet, ſi quos ipſe educauerit , quanuis hominibus probentur,diuinam illi legem,vbi id citra famæ diſpendium,honoriſque mundani iactu ram facere poſſunt,effringere non verentur. Monendus mihi præterea lector eſt , cùm nil tam ſanctum ſit, quod non vicioſa calliditas adulteret fallaciter imitando , ne ſe vnquam decipi ficta quadam verecundiæ imagine patiatur.Eſt enim malus quidam pudor virtutis illius,quæ inſolentiam deſtruit,inimicus.Ponè ſequi,à tergo ire,veſtibus aut laceratis,aut detritis indui,abiectioris vſus officia exercere ignominioſum populariter iudicatur,ex quo conflatur,& efficitur elatio , qua nil homini

(c) 2007 Ministerio de Cultura

peius esse potest. Itaque efferuntur fastidio, & contumacia plęriq́ue adolescentum, dumq́ue se pudoris rationem habere putant, impudentissimi fiunt. Non patri, qui hoc ingenio sunt, necessaria, & iusta præcipienti obediunt, non matris sese miserè conflictantis iussa complent, non magistris honestæ vitæ officia præscribentibus obtemperant, non pauperibus subueniunt, non digniori concedũt, non denique se submissè gerunt vlla in re, propter eum, quem errore opinionis sibi finxere dominatũ. Alcibiades, cùm puer esset, superbæ huius contumaciæ labe non caruit: nam talis in platea ludens bubulcum plaustrum onustum ducentem, vt parumper sisteret, rogasse fertur, ne iactus posset impediri: cùm verò rusticus progredi, quàm regredi, aut stare malluisset: seq́ue pueri reliqui dimouissent, ante boum pedes sese proiecit Alcibiades simul dictitans, vt transiret si vellet auriga, tum homo perterritus currum auertit, quique rem spectabant, timidi accurrerunt: pertinaxq́ue puerulus voti compos euasit. Plurimi quidẽ sunt Alcibiades nostra in ętate, sed multis partibus plures sunt viri, & se-

nes,

(c) 2007 Ministerio de Cultura

nes, qui contumacem Alcibiades indolem ſuis in liberis cernere optant, quã ſi viderent, elatam, atque excelſam nominarent, putarentque eſſe glorioſam. Dicunt ſanè nõ pauci, narrantque amicis, neque id ſine ingenti gaudio, illos ſe habere filios, qui minimè velint eſſe in famulatu, qui cõtubernalibus ſupplices non ſint, qui ſola nobilium conſociatione delectentur, qui denique velint ſemper eminere. Ad res infames vt pueri generoſi præſertim ſeſe abijciant, minimè eſt ferendũ, verùm vt pietatem, charitatemque deſerant, propterea quòd hæ virtutes interdum ſe ex neceſsitate deprimant, minuſque honori ſeruiant, animi eſt veræ laudis guſtum non habentis. Nil enim ſordidum eſt, niſi quod turpe, quæ verò aut ſuadet neceſsitas, aut poſcit humanitas, aut imponit fortuna, aut caſus affert, illa reſpuere contra officium eſt. Nam cũ hominibus illa maximè grata ſint, ad quæ videntur eſſe propẽſi (trahimur enim aliquo ſtudio omnes, & ſua cuique natura eſt) ea ſi minus aſſequi poſsimus, ſorte illa contentos non eſſe oportebit, quam temporum attulit difficultas. Quæ eò libentius cum inciderit,

(c) 2007 Ministerio de Cultura

vel complectenda, vel perferenda erit, (modo nil insit in ea vicij) quòd sæpe nostra nos voluntas, natiuaque propensio ferat in vicia præcipites. Qui locus est sane lubricus, res enim prosperæ, & ad nostram voluntatem fluentes non adolescenti solùm, verùm etiam seni prudentissimo, atque integerrimo perniciem, & interitum pepererunt. Quare Homerus sol poëtarum illos, quos esse heroas, magnanimosque fingebat, in operibus se infimis aliquando exercuisse, & in turbidis, afflictisq; rebus patientes fuisse cõmemorat. Quia profectò inertis est, non verecũdi, temporis personam nolle induere, quæ, si geratur optimè, summam laudem conciliat, cum sit maximũ in re vel tenui, vel perdita sui similem perstare, & in tempestate, non secus atque in tranquillo constantiam retinere. Ego nil esse amabilius puto illo adolescente, cui cùm florido esse liceret, tamen mundi fastum & lautitias sponte parui pendere multò est iucundius, nec refugit ab ijs, quæ sunt contemptibilia, tractatque eadem magis potiundi cæli spe, quàm necessitate viuendi. Tales sunt nostræ tempestatis viri permulti, quos cùm vi-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

deo, magis equidem admiror, illoſque mundus ipſe ſuperbiæ columẽ aut inuitus laudat, aut tacitus veneratur. Quid enim religioſi iuuenis facto illo ſublimius, quem graues hiſtoriæ produnt nouitium adhuc, & ſuperbiæ fœtore redolentem, eius, à quo regebatur iuſſu ex ſolitudine in vrbem veniſſe, ſportulaſque decem totidem emptoribus, quo pudoris tormentum longius eſſet, ſigillatim vendidiſſe? Quæ ſi hiſtoria media in aula narraretur, erit qui repudiet? aut qui iuuenem inanes gloriæ titulos deſpicientem, ſolidumque decus aucupantem pleno ore non laudet? Quod eò minus eſt mirandum, quo ſæpius non Chriſtiani id ipſum effecerunt. E quibus Diogenes humanæ elationis deſpicientiam dictis docebat, & factis; nam vrceum è collo appẽſum per viam publicam circuntulit, caſtigare volens improbam ſui comitis verecundiam, qui panis fruſtum, quod exciderat, recipere neglexiſſet. Idem cuidam ſe eius fore diſcipulũ profitenti caſeum dedit humeris portãdum, quod cùm facere noluiſſet, noſtram inquit Diogenes amicitiam bone adoleſcens caſeũ video diremiſſe. Quarè ruborille quo puerorum

(c) 2007 Ministerio de Cultura

rum genæ ſuffundi ex improuiſo ſolent, non eſt continuò laudandus, quippè quem ſæpe ob res maximè honeſtas oriri videamus, nec tam auro, quàm orichalco comparatur. Hic enim eſt pudor, quo genæ quidem rubeſcunt, animus verò cruentatur, noſterque ait ſeruator illos ſibi pudori eſſe futuros præſente ſuo æterno Patre, quos pudor in vita detinuerit, ne crucem ſequantur, & ea que Chriſtianæ ſunt vitæ coniuncta. Ad illã verecundiæ partem veniamus, quæ vel natu maioribus, vel ſe præſtantioribus docet aſſurgere, de qua pauca admodum loqui conuenit, cum ſuperioribus ſit regulis propemodũ explicata. Cani capitis reuerentiam ſacræ nos docent literæ. Genu flectere, caputque ſubmittere vel ruſticæ nutrices ſuos docent infantulos, quos manu ducunt, eumque venerari cogunt, à quo munuſculum acceperunt. Nec ob aliam cauſam Chriſippus optauit nutrices eſſe ſapientes, niſi vt iam inde ab infantia vrbanæ eloquentiæ, comitatique officioſæ pueri aſſueſcerent. Laudari illa quidem debet conſuetudo, vt pueri ex literario ludo redeuntes parentum manus ſuppliciter oſculen-

lentur, quæ res ioco pene incepta plurimum afferet in adulta ætate præſidij. Nil eſt enim vel ad beneuolentiam aptius, vel ad diuturnitatem præſtabilius officio, & comitate. Fieri autem non poteſt, vt qui puer libenter deducat, reducat, cedat, aſſurgat, caput aperiat, ſequatur, aſsiſtat, comitetur, nõ eadem ſibi reddi viciſsim, experiatur. Nam gratia gratiam parit aliàs æqualem, aliàs maiorem. Sanctiſsimus ille Petrus arx Eccleſiæ Saram egregiam matronam laudibus effert, quæ ſuum maritum Abrahamum dominum ſemper appellaret. Non eſt tacenda Pipini Gallorum Regis in Stephanum Papam ſeſe ad Francos conferentem pietas modeſtiæ plena. Nam cum inclytum illum Carolum filium ad excipiendum Pontificem multò ante premiſiſſet, vbi intellexit, Romanum pręſulem non eſſe procul, Pariſijs, quò nimirum properabat Stephanus, Pipinus egreſſus ad tertium lapidem occurrit antiſtiti, cuius pedes oſculatus cùm eſſet, equo amplius vti noluit, ſed tanti paſtoris reueritus maieſtatem pedibus fecit iter, pontificiæque mulæ frænum toto itinere manu cõtinuit. Et quoniam nouorum exemplorum com-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

commemoratio iucunda esse solet, illius Bartholomæi Regis Vmbræ, quẽ Iapensis Ecclesiæ Constantinum licet nominare, egregiã, & raram modestiam explicabo. Qui, si quando Christi sacerdotes conuenire velit, sicam, & gladium deponit, nec se vnquam sacris hominibus ostendit, nisi prius se armis nudauerit, illis, inquam, armis, quæ reuerentiæ, ac pudori videri possint aduersa. Idem, si rei diuinæ interfit, strati tapetij vix oram genibus attingit extremam, nec locum à plebe disiunctum in templo sibi parari permittit vnquam. O summa comitatis laus! sine qua reges illo principum non solùm munere, sed etiam nomine indigni esse iudicantur. Nil enim tam populare quam bonitas, nil tam regium quã humanitas, nil tam glorioſum quam glorię contemptio. Quæ si probè animaduerterent nostri temporis principes, & illustres viri non se tam parcos in salutando, honorando, inscribendo, appellandoque præberent. His ego tyrannicum illud, & superbum placere animaduerto, oderint, dum metuant, clàm insimulent, absentes mordeant, dum modo coram obtumescant, & obsequantur etiam inuiti.

Sed

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Sed qui hoc ingenio ſunt diritatis, & inſolentiæ pœnam quam atrociſsimam ſæpe dependunt, cùm minimè deſint qui iniuria laceſsiti ſeipſos vlciſcantur. Si vero ſcrutari vetera, & quæ priſcis ſunt annalibus recondita conemur eruere, maximas, florentiſsimaſque vrbes labefactatas eſſe reperiemus, propter illorum, qui præerant, agreſtem, & horridū principatum. Teſtificari hoc poteſt Corinthus illa totius Græciæ lumen, quam Romani tantū quod ſui legati ſuperbiùs appellati eſſent, funditus euerterunt. Contrà verò Traianus Cæſar omnia ſubigens, atque deuincens conſeruauiſſe fertur Armenios formoſi equi dono placatus, qui, vt erat à Satrapis doctus, Romanum principem adorauit, ſupplicātis more genua flectens, caputque Traiani pedibus ſubijciens, vt eum ad miſericordiam commoueret. Quòd ſi belluas amabiles comitas facit, quis ferat incultos homines præſertim in ætatis flore, quo tempore gratia debet, nō offenſio dominari? Ad hanc etiam verecundiæ partem ſilentium pertinet, & taciturnitas verecunda. Circunſpicere adoleſcentes multa neceſſe eſt in laxandis ſermoni habenis, multaq;

(c) 2007 Ministerio de Cultura

taque interueniant oportet, vt linguam velut è custodia, & vinculis emittamus: nec loqui vtiliter possumus, nisi rem, tempus, locũ, & personas notemus. Præsentibus Episcopis iunior ille Theodosius amplique posessor imperij nunquam loqui est visus: quæ res nõ mediocriter improbat vicioso rum quorundam loquacitatem, garriendique libidinem, à quibus aduerti non solet, qui sint ij, apud quos loquantur, & quales, sæpeque euenit, vt ea temere iactent, quæ silentio arctissimo tegere debuissent. Nil est enim linguæ venditatione leuius, nil petulentia flagitiosius, nil dicacitate peius, nil vanitate, mendacioque turpius. Magnis, mihi crede, se liberant mentis angoribus, animi scrupulis, precandi ab indigno molestijs, sermonis corrigendi pudore, qui ex loquacitatis fluctibus ad tutum silentij portum confugerunt. Adde garrulitatis, effrenatique oris perniciem insanabilem esse, & à medicis desperari: cùm ea, quæ loquendo peccauerimus, etiam remedijs adhibitis hærere inclusa, & nunquam penitus euelli videantur, Vt qui vestis ruptionem consuendo restituunt, cuius vestigium, etiam si peritis-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

tiſsime agatur res,tamen ſeſe facile monſtrat inquirenti.Formam Chriſtiane puer,& tanquam faciem honeſti tuis aſpiciendam oculis depinximus, cuius vtinam pulchritudine capiare.Quocirca poſtremam noſtrę orationis partem in ipſius laudibus conſumemus, tentabimuſque ſcire,num gratia, & precibus aliquid apud te valeamus, cuius educationi vacamus ſedulè, non tantum libris ſcriptis, quos horis quaſi furtiuis conficimus, ſed etiã quotidiano docendi munere, erudiendiq́ue iuuentutem labore nunquam intermiſſo. Res eſt verecundia neceſſaria pueris,vtilis iuuenibus,optima fœminis,cunctis hominibus ſalutaris.Hæc ſi potentioris limina adire velis,in poſtulando potiſsima eſt,hæc in colendis natu maioribus tenet principatum, hæc impetrat,hæc implorat, hæc ignotos conciliat,hæc ab alienis beneuolentiam captat,hęc lenit,& mitigat iracundos,hæc placat inimicos. Ab hac exiſtimatio ciuium petenda eſt, poſteritatis gloria,vitę laus,popularis rumor, ætatis decus,virtutum cuſtodia,nominis ſplẽdor,pudicitiæ fundamentum. Quid verecũdia nobilius? quid liberali? quid melius? quid

(c) 2007 Ministerio de Cultura

denique ornatius ? Nam cæteræ virtutes, quanuis præclariſsimæ illæ ſint, tamen anguſtis limitibus multæ definiuntur, & terminantur: at verò verecundiæ vſus latè patet, nilque tam leue, tam tenue, tam minutum, tam ſecretum, tam relictum eſſe poteſt, quod non ipſa & temperet, & illuſtret. Iuſtitiæ partes ſunt homines non violare, in quo eſt neceſsitas, at verecundiæ non offendere, in quo eſt cauta quædam voluntas, & officij plena. Prouidet caſtitas, ne homines perdat, & inquinet libido, quam tamen pudor velut ante lucana vincit induſtria, tollit enim, ac ſeparat quidquid præferre ſolet facem ad turpitudinem committendam. Quid denique ſine verecundia rectum eſſe poteſt, & honeſtum, vt ait Tullius? Quam & qui bene audire volunt, plauſibilemque rumorem colligere, confeſtim adhibent, itaque erubeſcunt, & pudet illos impudica loqui, vt eo tanquam itineris compendio celebre nomen aſſequantur. Iam ſi crimi nis tetri, & nefarij veniam adipiſci deſideres, quo tandem alio patrono, & aduocato cauſam obtinebis? quàm multos iudices accuſati pudor fregit, quos nulla ratio flexiſſet. Omnem

(c) 2007 Ministerio de Cultura

nem aduocatorum, ſiue acumen , ſiue peritiam, ſiue calliditatem pudor vincit, & ſuperat. Non fauor amicorum, non gratia principum, non clementia iudicum , non venia accuſantium reo tam opportuna eſſe ſolet, quã hæc, de qua loquimur, quæ immania ſæpe flagitia quanquam voce non defendit, excuſatione non lenit, deprecatione non mitigat, facit tamen neſcio quo modo tacendo leuiora. Publicanus ille , vt eſt apud diuinos hiſtoricos, vultum attollere non audebat , quæ illi res delictorum à Deo optimo maximo veniã impetrauit, qua tamen Phariſæus caruit, quan uis eundem, quem Publicanus, dominum ora uiſſet: alter enim pudorem in precando adhibuit, alter cum inſigni impudentia , cæterorumque hominum, & ipſius Publicani contẽptione ſua facta venditauit. Romam multi Græcarum ciuitatum legati venerant queſtum de Philippi Macedonum Regis iniurijs. Rex autem filium Demetrium Romam miſit, vt in ſenatu cauſam diceret, & patrem excuſaret. Sed Demetrius partim criminantium turba obrutus, partim querelarũ veritate conuictus obmutuit, faciemq; totã rubore tinxit,

(c) 2007 Ministerio de Cultura

quam generosi adolescentis verecundiam vs que eò senatus probauit, vt Philippi scelera omnia Demetrij ipsius filij pudori ingenuo condonarit. Itaque omnium suffragijs parẽs est absolutus, obtentaque causa fuit non iure defensionis, sed patrocinio pudoris. Magna verecundiæ vis, magna in vtramque partem, vt, nec virtus vlla magnopere luceat pudore non eminente, & improbitas minor sit, quæ se pudore tueatur. Fabianus vir in primis clarus, & opibus abundans cum in senatum testis inductus esset, tanta commotus clarissimorum hominum præsentia erubuisse dicitur, qui pudor, vt ait Seneca, mirè ipsum ornauit. Ergo illi & grandæuo, & opulento decẽtiam attulit rubor, & impudẽtes pueros, erit, qui sufferat? Oratores vultu esse oportere modestissimo, dicendi initio, præcipiunt rhetores, quòd nil sit ad conciliandos auditores verecundia accommodatius, qui tamen vt cõcioni dominentur, ascendunt, vtque tonare, & fulgurare è superiore loco videantur, & seruilis ætas (sic enim pueritia omnis appellanda est) non erit modestiæ freno coercenda? Histriones, vt placere spectatoribus possint,

(c) 2007 Ministerio de Cultura

laudemque,& plauſum reportare,pudorem ſimulant,cum impudentiſsimi ſæpe ſint, & quem mores perditi negant eum artificio conquirunt, tu in vita negliges quod eſt in ſcæna neceſſarium? Sed quò te magis huius virtutis amor afficiat,verecundum adoleſcẽtem deſcribemus. Animi oculis contempla-re,quæſo,modeſtum puerum,officioſum,pudentem,cuius ſit oratio,caſta, & verecundia virginalis,intuere mentis acie hunc eundem, in quo mites ſint oculi,genæ rubicundæ,lęta facies,vox grata,grauis inceſſus,decorę in afflictis rebus lacrymæ,riſus in proſperis minimè diſſolutus: aude etiam, quæ intra pectus habeat,perſcrutari: cognoſce vitę innocentiam,animi candorem,conſcientię hilaritatẽ, morum puritatem:& cùm hęc attentè perpẽderis,vix te continere poteris,quin exclames, vociferandoque dicas,ô puerum angelico dignum contubernio ! Mirificus quidam in Craſſo pudor fuit,Platonisverecundiam etiã qui illum non viderant,diligebant:Spartanos adoleſcentes,ſcribit Xenophon,in vijs publicis nec vocem emiſiſſe vllam, nec oculos detorſiſſe, vt non pueros,ſed aut lapides, aut

(c) 2007 Ministerio de Cultura

ęneas ſtatuas, qui cerneret, eſſe iudicaret. Quantò melior noſtrorum iuuenum modeſtia eſt, qui idcirco verecundiam amant, vt à Chriſto virtutum omnium tum parẽte, tum magiſtro diligantur. In quo tam ſingularis fuit ſeueritas, tam pręclara grauitas, tam ſyncera maieſtas, tam affabilis comitas, tam venerãda humanitas, tam decens vultus, tam conſtans, ſuiq́ue ſemper ſimilis non animi ſolùm, ſed etiam corporis totius habitus, vt vel ſola Chriſti Dei ſpecies diuinitatem ineſſe declararet. Tacebat, inquit Ambroſius, in periculis Suſanna grauius verecundię, quã vitę diſpendium arbitrata. Cuius illud etiam eſt ſcitum ſane, & graue, vt artem in commodiore materia, ſic verecundiam in ipſo corporis nitore plus eminere, quo quid dici poteſt acutius? Mirabiles enim ſui amores illa excitat facies, quam ornat verecundia. Quæ ſi animaduerterent ſtultę quędam virgines, & fatuę, de mundo muliebri nefario, ac prope meretricio frigidiùs laborarent. Nam licet homines impudici, laſciuiq́ue adulterino fuco capiantur, tamen qui prudentes ſunt, minimè ignorant alium eſſe virtutis colorem, qui magis mo-

ueat,

(c) 2007 Ministerio de Cultura

ueat,cuius pulchritudine Deus ipſe, cęliteſ-
qué reliqui delectentur:ex quo Pythias Ari-
ſtotelis filia rogata quis eſſet color pręſtantiſ
ſimus,is inquit,quem in ingenuis pudor effi-
cit Vulgatum eſt illud Digenis verecundan-
ti cuidam puero , & vehementer commoto
gratulantis,bonoq́;eſſe animo iubẽtis, quòd
verecundia rubicũdus quidam ſit color pro-
bitatis.Memorię proditum eſt, Aſpaſiam hu
mili loco natam,ſed ingenuitatis mirę omni-
bus Cyri concubinis fuiſſe prędatam . Nam
cùm captiuę puellę multę Cyro monſtratę
fuiſſent,Aſpaſia pręter cęteras ſplẽduit , quę
nec faciem ornare,nec viros aſpicere,nec io-
cantibus reſpondere,nec verbis,manibuſque
impudice tractari ſe permiſit. Reſpuiſſe etiã
dicitur prędara hęc virgo regis tactus inde-
coros,quare,ſupra modum delectatus Cyrus
ſolam eſſe ingenuam , & incorruptam dixit
Aſpaſiam,reliquas & facie , & moribus exo-
letas ſibi videri meretrices. Itaque verecun-
dę fœminę amore incenſus vxorem eam du-
xit,ſibiq́ue fecit ęqualem,quod erat à Perſa-
rum moribus alienũ. Hoc ego non admodũ
diſsimile ei eſſe video, quod Stheri Mardo-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

chæi alumnę cum Artaxerxe contigit, quam rex ille potentiſsimus matrimonio ſibi coniugauit, ſpretis innumerabilibus adulterinę formæ mulieribus, cum tamen Stheri & pudor, & natiua facies præſidium attuliſſent. Quod ſi leges duodecim tabularum graui, ſeueroque interdicto genas, vbi pudoris eſt ſedes, radi vetuerunt: quis erit, qui fœminã pudoris expertem, puerumque petulantem grauiſsimo ſupplicio non putet eſſe punien dos? Penelope (quod ſiue fabuloſum, ſiue hiſtoricum eſt, recenſeri optimè poteſt) tantũ præbuit verecundiæ ſpecimen, vt pudoris ſimulacrum non alio, quàm ipſius vultu pingeretur. Nam cùm pater Icarius filiam Penelopem Vlyſſi locauiſſet, generumque, ſciret, in patriã Itacham velle cum vxore proficiſci, ægrè id ferés rogauit filiam ne ſe deſereret, at Vlyſſes optionem dedit coniugi, vt vel ſe ſequeretur, vel cum patre remaneret: tunc fœmina indolis honeſtiſsimæ nolés aut marito repugnare, aut parenti diſplicere, vocem emiſit nullam, ſed prę pudore facie velata quid in animo haberet, tacita indicauit, tum pater filiæ motus verecundia vt

cum

(c) 2007 Ministerio de Cultura

cum Vlyſſe abiret,permiſit,pudoriq́ue aram extruxit eo in loco, vbi filia vultum obtexe- rat, volens extare aliquod admirandæ illius modeſtiæ monumentum.Pudoris tibi Chri- ſtianæ puer effigiem potius adumbrauimus, quàm expreſsimus,nunc,ſi placet,impuden- tiæ figuram apponemus, vt ſi te verecundiæ pulchritudo minùs allexit,eius te, quam de- pingere optamus, deformiſsima terreat im- probitas.Multa enim contentione fiunt cla- riora.Quanta igitur verecundiæ laus ſit,quã- tuſq́ue decor,ſi ex ſola pudoris gratiſsima ve nuſtate nõ ſatis apertè cognouiſti,diſces pro- fectò,planeq́ue intelliges,ſi pudori impuden tiam vicinam feceris.Reminiſcere,precor,ip- ſe tecum,animoq́ue perſpice eum hominem, in quo non ſit aliquis aut famę pudor,aut ſup plicij timor,verecundiæ ſignificatio nulla,cu ius ſint mores difficiles,ſermo agreſtis, facies illepida,genæ abſque rubore,vultus aſper,lin gua petulans,horribilis aditus,ſuperba reſpõ ſa,in quo nil appareat ingenuum,nil modera tum,nil pudens,nil pudicum,& cùm teterri- mi huius monſtri, atque immaniſsimi figurã vel longè aſpexeris,cohorreſces. Talis Iulia-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

nus ille fuit Chriſtianæ reipublicæ peſtis, & exitium, cuius vultum inconſtantiæ, perfidio ſæque impudentiæ indicem cum magnus ille Gregorius Nazianzenus animaduertiſſet, multò ante prædixit, qualem, quamque perni cioſam belluam Roma nutriret. Nil tam perfi dum, tam turpe, tam flagitioſum, tan nefariũ, tam triſte, tam ſæuum, tam inauditum fingi, excogitarique poteſt, quod non ab impuden te perpetretur, & in illum cadere poſsit. San-ctiſsimus refert Ambroſius, duos fuiſſe Mediolani viros quorum in uerecundo vultu diuinus præſul, velut quodam verbere ſuos ipſius oculos dicebat offendi, & vulnerari: è quibus alter non multo poſt à Chriſto defecit, Arrianamque dementiam ſequi voluit, alter, qui ſacerdos erat, ſordidiſsimi quæſtus cupiditate incenſus ab Eccleſia receſsit, gradũque illum altiſsimi honoris inquinauit. Atq;, vt idẽ dicit Ambroſius, tales ſe eſſe ambo mõſtrarunt, quales inceſſu videbantur. Eius, qui pudoris repagula perfregerit, proditiones ſunt, furta, latrocinia, ſtupra, cædes, rapinæ, adulteria, parricidia, ſeditiones, coniurationes, rerum publicarum euerſiones, templorũ exu-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

exuſtiones, fœdiſsimi abuſus, impietates, hæreſes, omnia denique factu peſsima, dictu horribilia is committere audet, qui verecundiæ fines pertranſiuit. Ciues hunc vitant ſui, vicini oderunt, cognati reſpuũt, ſodales erubeſcũt, tribules metuunt, iudices puniunt, cenſores notant, plebs dedecorat, vulgus irridet, omnes deniq́ue longè viſum, tanquam malum auſpicium deteſtantur. Quàm, Deus bone, fortem, quàm iniuriarum, ſibilorum, iocorumq́ue patientem eum eſſe oportet, qui verecundiæ terminos ſuperarit, frontemq; perfricuerit! Quot probra paraſiti ferunt! quot contumelias pati coguntur meretrices! quia nimirum impudentiæ certiſsima merces illa eſt, vt à nullis honoretur. Hanc tu vitæ condi tionem non times? non ipſo impudentiæ nomine perturbaris? non hiſce meis cõſilijs amiciſsimis frangeris? non verecundiæ tutiſsimũ perfugium adamas? non petulantiæ fœdiſsimum aſpectum, factaq́ue multò inquinatiora perhorreſcis? Te per immortalẽ Deum obteſtor, per Chriſti ſanguinem, per pietatem, per fidem, per ſacra communia, per aras, per parẽtum dexteram, quam tibi, modò verecundus

ſis,

(c) 2007 Ministerio de Cultura

sis, porrigent ipsi morientes, te inquam deprecor, vt pudori malis obsequi, quàm libidini, quàm intemperantiæ, quàm impudentiæ, quàm voluptati, virtutemq; hanc, cuius persecuti fuimus encomia, tam charam habeto, vt millies, si fieri posset, mortem cupias oppetere, potius quàm ab ipsius legibus, quas tibi præscripsimus, discrepare.

DE

DE CASTITATE.

Liber quintus.

VErecúdiam virtus, pudoremque pudicitia conſequitur, vt fructus florem. Quam ob ré, qui de modeſtia, & vitæ deco ro, proximo libro tá multa diſcuſsimus, pudicitiæ in hoc prę cepta deſcribe mus, nec ſola honeſtatis ſpecie contenti, quę in pudore eſt, vim eius ſolidam, & robur, cuius eſt magna in caſtitate pars poſita, perquirémus. Cùm ergo colorem venuſtate pueros afficientem tantopere laudauerimus: valetudinem, à qua ille manat, & tota facie diffundi tur, pudicitiam dico, comparandi, tuendique viam multo libentiùs aperiemus. Vt enim bene affecta radix, prædita que humore viriditatem fundit, ac mittit in omnes arboris ramos pertinentem, ſic animi caſtitas vitæ actiones vniuerſas inſigni decore illuſtrat, ſuaque moderatione temperat, nec libidine ſolùm, cui aduerſatur ipſa prę cipuè, verùm etiam pertur bationibus cæteris hominem liberat, vtque ra-

ratione vtatur, efficit, quæ ſola in nobis, niſi cùm peruerſè omnia fiunt, dominatur. Quare, adoleſcentes optimi, huc adeſte omnes, hæc vobis chariſsima, & maximè ſancta ſit virtus, eius ſiue laudes, ſiue exempla, ſiue leges attentè percipite, veſtriſque animis conſigna te. Hominum enim maximè intereſt, caſtè viuere, periculoſiuſque ab ijſdem pudicitiæ, quàm comitatis iura violantur. Etenim caſtitas exitium affert neglecta, qui verò lepôris, & vrbanitatis iura non ſeruat, ſolos homines offendit, qui ſi id, in quo delinquimus, ſponte non accidit, ſunt aut negligendi, aut non magnoperè formidandi. Cùm igitur tam neceſſaria ſit fuga libidinis, præcepta, quibus execrabile hoc vicium arcere, vitareq; docemur, erunt diligenter obſeruanda.

Caſtitatis commendatio, libidiniſque remedia. Cap. I.

QVoniam pudici, vt ait Tullius, etiam cũ de pudicitia ipſa loquuntur, erubeſcunt: in explicatione pręceptorum erimus breues, vt caſto, verecundoque adoleſcenti

mos

mos geratur: in teſtādis autem exemplis, quę vtilitatem cum iucunditate coniunctam habent, pleniores. Præcepta enim & continens habet oratio, & in ipſis etiam exemplis delite ſcunt: Nobilia verò caſtitatis exempla ſi vel faſtidioſè, vel timidè reticerem, & ijs ipſis, quorum de pudicitia agitur, iniuria fieret; & noſtris adoleſcentibus quos eſſe caſtiſsimos cupimus, ipſa taciturnitas incommodaret. Quare vt hinc ruboris, illinc ætatis periculi ratio habeatur; non erit, vt putamus, alienum paucis perſtringere quæ in hoc genere tradenda, & præcipienda videbuntur: quæ verò exemplorum ſplendidiorem narrationem habebunt, in illis diutiùs immorari. Vt autem à caſtitatis commendatione exordiamur, de ea ſic Tullius, quem idcirco toties appello, verbiſque ijſdem in teſtimonium voco, vt vno, eodemque tempore adoleſcentes orationis elegantiam addiſcant, vitęque inſtituendę ratione m. Caſtè (inquit ille) iubet lex adire ad Deos, animo videlicet, in quo ſunt omnia: nec tollit caſtimoniā corporis, ſed hoc oportet, intelligi, cùm multū animus corpori præſtet, obſerueturq; vt caſto corpore adeatur, mul-

Li. 1. de legibus.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

multò eſſe in animo id ſeruandum magis. Dicebat Socrates (vt eſt apud eundem Tullium) duas eſſe vias, dupliceſque curſus animorum è corpore exeuntium: nam qui ſe vitijs humanis contaminarunt, & ſe totos libidinibus tradiderũt, ijs deuium quoddam iter eſt ſecluſum, à concilio Deorum: qui autem
1. *Tuſcul.* ſe integros, caſtoſque ſeruarunt: quibuſque fuit minima cum corporibus contagio, ſuntque in corporibus humanis vitam imitati Deorum, ijs ad illos, à quibus ſunt profecti facilè patet reditus. Nõ eſt huic diſsimile, quod poëta dixit loquens de camporum Eliſyorũ habitatoribus.

Hic manus ob patriam pugnãdo vulnera paſsi,
Aeneid. 6. *Quiq; ſacerdotes caſti, dum vita manebat.*

Remedia verò vt caſti eſſe poſsimus, multa ponuntur: nos quæ præſtantiora ſunt, vt ijs cùm opus fuerit ſeſe adoleſcens muniat, colligemus. Homini carnis ſocietatem, lenocinia que effugere cupienti multa ſunt partim facienda, partim cogitanda. Sunt enim rationis, exercitationiſq; remedia. Conſiderationis primùm medicamenta quæ ſint explica-

bi-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

bimus,mox actionis,atque operis. Sic igitur affecto,ait Tullius, hæc adhibenda curatio est,vt ei illud,quod cupiat, ostendatur quàm leue,quàm contemnendum,quàm nil sit omnino:quàm facilè neggligi possit.Maximè autem admonendus quantus sit furor amoris, omnibus enim ex animi perturbationibus est profectò nulla vehementior:vt si iam ipsa illa accusare nolis,stupra dico,& corruptelas, & adulteria,incesta denique,quorum omnium accusabilis est turpitudo: Sed vt hæc omittamus, perturbatio ipsa mentis in amore fœda per se est.Nam vt illa præteream, quæ sunt furoris,hæc ipsa per sese quantã habẽt leuitatẽ, quæ videntur esse mediocria? 4.*Tuscul.*

Iniuriæ.

Suspiciones,inimicitiæ,induciæ,
Bellum,pax rursum,incerta hæc si tu postules
Ratione certa facere,nihilo plus agas,
Quàm si des operam,vt cum ratione insanias.

Hæc inconstantia, mutabilitasq; mentis quẽ non ipsa prauitate deterreat? Hactenus Cicero.Considerare etiam oportet libidinosos,& obscænis voluptatibus deditos in sua ipsos cor-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

corpora peccare ex Apostoli sententia. Illud
1. Corint. 6. enim iniuriosè tractant, templíque Dei, quod omnes sumus, perpetrato libidinis flagitio violant sanctitatem. Eorum autem siue flagitiorum, siue incommodorum, quæ huic vni comitẽtur, recordatio vtilissima est, nullus enim ruere præsertim ex claris, & nobilibus potest, quin plures secum in eandem perniciem trahat. Quis enim nescit quanta sit libidinoso, & adultero sæpe machina conuertenda? Qui verò vt alterius libidini obsequantur, animorũ iacturam faciunt, ij quidem mortis tempore eius ipsius, propter quem orta tempestas est, mẽtem, & animum inexplicabili angore cruciabunt. Nam si talionis lex poscit vt dentem dente, oculum oculo luamus: certè animi interitum animo mulctabit diuina vltio, nisi maturè ac tempestiuè Dei numen offensum is placet, qui se tantis sceleribus irretiuit. Et quoniam infamiæ metus homines à vitio deterret, cogitare iuuenes debent libidinem hominibus insignem turpitudinis notam inurere. Qui adulter est (inquit Salomon) propter
Prou. 6. cordis inopiam perdet animam suam, turpitudinem, & ignominiam congregat sibi. Maximè

mè verò deterrimam hanc peſtẽ auertunt co gitationes illæ, quæ huius vitę finem, alteriuſ- que perpetuitatem animo repreſentant. Nil quippe (vt Gregorius ait) ita carnis incitamẽ ta comprimit, quàm ſi vnuſquiſque quale id poſt mortem futurum ſit quod viuum dea- mat, contempletur. Cum enim (inquit ipſe) caro concupiſcitur, tabes deſideratur. Quare ſapienter monebat Ariſtoteles autore Laër- tio ne voluptates venientes ſed abeuntes vi- deremus: id eſt enim à tergo, non à fronte, ſi quidem acceſſus eſt blãdus, receſſus inſuauis. Ex remedijs autem, quæ in actione conſiſtũt, maximum illud eſt, vt ocium, & inertiam fu- giamus. Amorem enim acutè Diogenes ocio ſorum negotium appellauit. Illi etiam qui principijs obſtant, pudicitiæ optimè conſu- lunt: ſerò enim, vt quidam dixit, medicina pa ratur.

Lib. 16 mo- ralis expoſi- tionis c. vlti.

Cùm mala perlongas conualuêre moras.

Continentia item in cibo, & potione mirifi- ca pudicitiæ cuſtos eſt. Non enim corpus il- lud ſe erigere audebit, cui nos audaciæ inſtru menta ſuſtulerimus: eſtque Cratis Thebani il

(c) 2007 Ministerio de Cultura

la in adolescentem corpus vino, & cibo complentem iusta obiurgatio. cùm enim iuuenis edacitatem vidisset, dixisse fertur, desine miser tibi ipse carcerem munire. Sed maximè animus oculis ad libidinem inflammatur: cui malo honesta quadam, & voluntaria occurrimus cæcitate, cuius autor Christus in Euan-
Matth. 5. gelio est. Elegantior item ornatus, tanquam læno pestifer fugiatur; ideoque monet Eccle-
Ecclesiast. 9. siasticus, auerte faciem tuam à muliere compta. Sermonis autem obscœnitas, qua velut face iuuenum animi ad libidinem vehementer accenduntur, vt bellua immanissima declinãda, fugiendaque est, corrumpũt enim bonos mores colloquia mala (inquit Apostolus.)
1. Cor. 15. Sed omnium, quæ ad tuendam pudicitiam valent, nil est quod cum prudente cautione, periculorumque fuga comparetur. Insidiatoris enim dæmonis petitiones declinatione, & (vt aiunt) corpore commodissimè effugimus. Sed hæc vberius nostra oratio continens disputabit: quare ad exempla veniamus.

Diuina castitatis exempla.

Cap. II.

De

(c) 2007 Ministerio de Cultura

De Ioſepho.

AEgyptio ſeruatori Ioſepho, patriæque, ac ſuorum parenti non parua laus ex pudicitia fuit, qui flagitioſæ, turpique dominæ nefarium adulterium ſuadenti, & ad impuriſſimas voluptates identidem inuitanti conſentire nunquam voluit. Cùmque fœmina caſtiſsimo iuueni moleſtiſsimè inſtaret, vimque viro mulier, penè dicam, afferret: pernicioſiſſimam illam flãmam homo caſtiſsimus prudenter effugit, pallioque, quo ſe teneri videbat, in adulteræ manibus relicto, nudus ad tutiorem locum euolauit. Maluit videlicet ſua perire, quam ſe. *Gene. c. 39.*

De Achimelecho.

FAme enectum Dauid, panibus ſacris non ante Dei antiſtes Abilemechus ſatiauit, quàm intellexit, nihil illi cum vxore per dies illos fuiſſe commune. Cumque ſacerdos continentiam, thalamique intermiſsionem expetierit, haud dubium eſſe debet, quin ſi Dauidi eueniſſet ſecus, quanquam extrema illũ præmebat neceſsitas, propoſitionis panes illi negati fuiſſent. Quod ſibi dictum coniuges putent, *1. Reg. c. 21.*

(c) 2007 Ministerio de Cultura

tent,vt mentis candorem, corporisque mun ditiam adhibere discant,cùm non iam Mosis panes,sed verum Iesu Christi nostri omnium domini corpus,quod illi adumbrabant, sint accepturi.

De Iobo.

MIrabile castitatis exemplum,& singulare cautionis specimen,quod fuit in Iob, sibi adolescentes proponant imitandum,qui oculorum aciem nunquam torsit impudicè, virginem ea verecundia semper aspexit,vt nihil labis inde contraheret. Pepigi inquit ille, fœdus cum oculis meis,vt ne cogitarem qui-dem de virgine.

Iob c.31.

De Susanna.

SVsannæ pudicitia æque nobis post tot annorum curricula,& tam multa secula mirabilis est,atque illis fuit,qui eam oculis aspexerunt,cuius fidelitatem,constantiam,innocentiam,castimoniam,vtinam quę viris fœminæ nubunt,imitentur. Maluit enim (vt rem quæ notissima est perstringam breuiter) in mortis atrocissimæ periculum incidere, quã thori sanctitatem violare. Sed eam, quæ Dei vo-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

voluntatem hominum minis antepoſuit, fides illa defendit, quam cùm coniugi Ioachimo, tum maximè Deo immortali integram, & illæſam voluit ipſa ſeruare. Nec enim illis diuina vnquam præſidia defuerunt, qui dicto audientes quanuis prius carnificinam ſubierint, quàm à præſcripta lege deſciſcant. *Dan.13.*

Chriſtiana exempla.

Cap. III.

De Ammone.

SEruatæ, defenſæ, retentæque pudicitię tã multa exempla inueniuntur, vt non tam copia, quàm modus quærendus mihi eſſe videatur. Ammonis verò mirabilem continentiam quis taceat? qui annos duo de viginti in vxoris contubernio permanſit, cumque parietibus ijſdem contineretur, virginem, quã ſibi matrimonio parentum vel precibus, vel imperio coniunxerat, intactam in tam longa temporis diuturnitate conſeruauit. Sed qui ſponte, libenterque pudici fuerant, prudentes eſſe etiam voluerunt: nam conſenſu amborum loci diſiunctio facta eſt, in ſolitudinemque ſeceſſit Amnion, ne ad extremum *Caſſiod. in trip partita. li. 1. c. 11.*

(c) 2007 Ministerio de Cultura

omnia verteret, multoſque illos glorioſæ caſtitatis annos nox interpoſita, aut dies intermiſſus vnus, vt fit ſæpe, macularet. Etenim malus dæmon ſecuris, priſtineque ſanctitatis experientia fretis ex inopinato fraudulentas tendit inſidias, nocendique tarditatem commiſsi ſceleris grauitate compenſat.

De Vrſino præsbytero.

IN Baſilica cuius præsbyter Vrſinus curam gerebat, religioſa quædam fœmina vixit, quæ ſacras veſtes, templique illius res omnes aſſeruabat. Hanc verò S. Vrſinus ex quo ſacerdos eſt factus ne vidit quidem, totoſque annos quadraginta ad eam ex propinquo cõueniendam adduci nulla ratione potuit, quàm fraterno ſolùm amore diligebat. Verùm cùm inſtante morte ſine ſenſu iaceret Vrſinus, ipſius comes fidiſsima animã agenti voluit adeſſe, aureſque ſyncera mulier ad exanimati Vrſini faciem applicuit, ſcire cupiens vtrùm animam efflauiſſet. Tum Vrſinus tantam fœminæ adhæſionem execrari cœpit, vtque recederet inclamauit, nondum inquiens extinctus eſt ignis, remoue paleas. O caſtum, cautum-

S. Grego. li. 4 dialog. c. 11.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

tumque hominem, qui minùs mortẽ, quàm fœminæ, eiusque castissimæ necessarium penè tactum expauit. Tam eximiè casto præmiũ non defuit, recedente siquidem fœmina, duo illa cæli sydera fulgentissima Petrus, & Paulus ad moribundi lectulum Vrsini astiterunt, victoremque illum animum in stellatas sedes celeberrimo quodam triumpho deduxerunt.

De Pior.

PIetatis amantissimus Pior ne quid cũ perfidioso mundo contraheret, solitudinem, à terrenisque rebus vacuitatem dilexit, annosq; quinquaginta in eremo permansit, quo tempore ex propinquis suis nullum aspexit. Statuerat enim cùm cæteros, tũ maximè fœminas euitare. Verùm cùm sui episcopi imperio domum redire cogeretur, vt sororem fratris desiderio tabescentem, ipsiusque opera indigentem adiuuaret, homo sanissimus clausis oculis germanæ se aspiciẽdum fertur præbuisse. Cumque illa omnia, quorum causa venerat, effecisset, retulit se ad solitudinem, id est perfugium, portumque tutissimum, vbi *Cassiod. in tripar. li. 8. c. 2.*

(c) 2007 Ministerio de Cultura

nullis procellis ſancti viri iactantur. Nec ſoro ri ingratum fuit, vt videns ille cæcus, qui nun quam oculos præſente germana aperuerat, ad ſedem priſtinam quietis, cæliq́ue pleniſsimam remigraret.

De quodam monacho.

Libro de vitis ſanctorum c. vltimo.

REfert Palladius viſum à ſe hominem fuiſſe, cui ne dormienti quidem voluptatis vmbra libidinoſę vllo vnquam tempore obrepſerit. Narrat præterea apertè cum diabolo hunc eundem pugnauiſſe, peſsimumq́ue dęmonem impudenter ab hoc petiſſe, vt vel ſemel libidinis flagitio conſentiret, virginemq́; omnium pulcherrimam huic ſe daturũ promiſiſſe. Cæterùm impius dęmon, mẽdaciorumq́ue opifex vaniſsimus, verbis, & verberibus profecit nihil. Nam pugil ſtrenuus, viriliq́ue duritia præditus permanſit inuictus, eũq́ue nec vis inimici perfregit, nec languida voluptas liquefecit. Qui verò humani generis infeſtiſsimo hoſti importuniſsimi, odioſiſsimiq́ue eſſe voluerint, omnes autem velle debebunt, monachi huius conſtantiam cuſtodẽ continentiæ vnicam nitentur.

De

(c) 2007 Ministerio de Cultura

De quodam adoleſcente.

IN aureo illo ſeculo quo innumerabiles viri, ac fœminæ morte immortalitatem comparabant Antiochena virgo quædam, vel vt nonnullis placet, Corinthia (alius enim alio modo tradit) vixiſſe narratur, quæ cùm virtutem, & formam præter cæteras haberet inſignem, à flagitioſo quodam iudice amari cœpit, cuius tamen & preces, & minas virgo contempſit. Quare implacabili furore accenſus præſes ferri in lupanar virginem iuſsit, lenonemque conſtituit, qui formoſi corporis vectigal ad ſe deferret, quod idem meretricio quæſtu diebus ſingulis virgo penſitare iubebatur. Sed eam proſtibulo incluſam hac arte ſeruauit Deus. Fuit inter illos, qui expoſitam, venalemque virginem appetebãt, caſtiſsimus quidam adoleſcẽs, (quem ſanctus vir Hippolytus, vt eſt apud Palladiũ, Magiſtrianum appellat, cùm tamen à ſancto Ambroſio hanc eandem hiſtoriam narrante iuuenis nomen taceatur) hic turpem ſe eſſe ſimulans ad locũ iuit, in quo ſancta puella detinebatur inuita, agnamque puriſsimam, qui lupus videbatur, bono

S. Ambr. lib. 2. de virginibus.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

bono esse iubet animo, venisse se affirmans non vt eriperet, sed vt pudorem custodiret. Quò autem meliùs illud efficeret, virili sua veste virginem induit, puellęque amictu se vicissim ipse occultauit. Egressa deinde mulier fefellit omnes illos, qui plurimi lupanaris ianuā obsidebant, ingrediendique vices expectabant. res diu latere non potuit, compertaque veritate, sagacissimus ille, sanctissimusque iuuenis capite damnatus, quòd virginem defendisset, Christianusque esset, geminas religionis, castitatisque palmas eadem virgine socia impetrauit. Castis, castis, atque adeò incorruptis esse licet viris, & fœminis, neque est verendum, ne nobis tantus per vim thesaurus possit auferri, illi enim nostras diuitias credimus: qui iustorum neminem patitur esse derelictum.

De quodam iuuene.

TEmpore quo Valerianus, & Decius ecclesiæ alumnos immanissimis torméto-rum generibus cruciabant, optimus quidam apud AEgyptum adolescens cùm grauissima, exquisitissimaque supplicia constanti animo

(c) 2007 Ministerio de Cultura

mo pertuliſſet, in certamen caſtitatis incidit præclarum,& ſingulare. Crediderat enim tyrannus citiùs illi pudicitiam,quàm religionẽ eripi poſſe. Itaque iubet in hortos amæniſsimos amatorem Chriſti perduci,inque molliſſimo lecto collocari. Locus autem ad cubandum ille delectus eſt horti,qui omnium eſſet iucundiſsimus, ibi florum omnium erat varietas,vmbra gratiſsima,arborum tum copia, tum proceritas ſpecioſa,ver pulchrum,ac penè immutabile,dulcis aura,ſuauiterque refrigerans,pomaque omnis generis reperiebantur. Adde huc fontium gelidas perennitates, liquores amnium perlucidos,odorem,qui afflabatur ex roſis,aquæ manãtis lene murmur, & quod ad dormiendum inuitaret. Quid vo lucrum lapſus,atque cantus? quibus nihil poterat eſſe iucundius? talis igitur militi,nec delicioſo,nec imbecilli conſtituta ſedes fuit,cui iacenti iam ſui defendendi ſublata eſt poteſtas,nam brachia peſsimi ſcelerum adminiſtri vinculis aſtrinxerunt. Cunctis deinde abſcedentibus impudentiſsima quædam mulier à ſceleratis illis immiſſa prodiuit,quæ conſtantiſsimi adoleſcentis pudorem blanditijs,& le-

S. Hiero. inuita Pauli primi eremita.

no-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

nocinijs cœpit oppugnare. Negotiumque procaciſsima mulierc ula tranſegiſſet, niſi miſericors Deus præſens ſuum auxilium, atque numen oſtendiſſet. Nam adoleſcens cùm ſe prorſus ſentiret incendi, ne qui ſe inuictum à dolore præſtiterat, voluptati ſuccumberet, diuinitus inſtigatus linguam præſcidit ſuam, quam in faciem meretricis coniecit. Dolore ſedata libido eſt, nihilque pulchrum in mulierculæ cruentato ore reſplenduit. Victaque & proſtrata mulier abſceſsit, Chriſti verò miles glorioſè de mundo, carne, & malo dæmone triumphauit. Nihil agis, nihil moliris hoſtis improbiſsime, nam qui ſibi Deum propitium honeſtè viuendo facere nouerunt, artes ab illo diſcunt omnia vincendi, multòque acrius ad ſalutem illi vigilant, quàm tu ad perniciem.

De S. Hilarione.

PVdiciſsimi Hilarionis, qui iam inde à puericia ſolitudinem amauit, exemplum adoleſcentibus vtiliſsimum non præteribo, cuius in domanda corporis laſciuia præclaram fuiſſe induſtriam, Diuus Hieronymus aſſeuerat.

Nam

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Nam ſi fœda reperet cogitatio, præcordijſ-
qúe vel minimam mortiferi ignis ſcintillam admoueri intelligeret, ſtatim pugno ſe ipſe cædebat, atq; hoc modo ſecum loquebatur, paleis te, non hordeo paſcam aſelle, & ne luxu diffluas, ac calcitres, dabo operam; fame, ſiti, oneribus, æſtu, algore, omniq; moleſtiarum congerie diſces, te non efferre, ſed iugũ patienter tolerare. Nec verò quæ minari ſolebat, non effecit, qui poſt hæc quæ ſe dicebat eſſe facturum, herbarum ſucco, quarto quoque die, ſumpto vitam alere ſolitus eſt, vel potiùs mortem facere diuturnam. Hanc in victu continentiam, extremamque parſimoniã non ſolam habuit, nam raſtro humum exercebat, animoque, & mente precabatur Deũ, quem præſentem habebat. Ita ieiunij, precũ, laboriſque armis, quæ tria ſunt à forti Ioabo in Abſalonis adulteri corde ſuperbiſſimo tela confixa, ſanctus Hilarion cùm hoſtiles impetus, tum execrabiles ſuas appetitiones comprimebat.

Inuita Diuũ Hilarionis.

De Paulo Abbate.

Pau-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

PAulus eius solitudinis incola, quæ Panephiso oppido vicina est, sollicitè prouidit, ne qua ad se mulier adiret, vel ei ipse occurreret. Ex quo factum est, vt cùm senem quendam viseret Archebio comite, procul que venientem mulierem aspiceret, pedem ex medio itinere retraxerit. Nouerat egregius vir locum illum esse lubricum, per quem fœmina transeat, & vbi vestigia imprimat, tutiusq; regredi, quàm progredi iudicauit.

Cassianus collatione septima c.26.

De Sancta Iustina.

MOribus pulcherrimis, facieque venustissima prædita Iustinam tam perditè Cyprianus amabat, vt veneficijs, & medicaminibus eam ad se allicere conaretur. Cæterùm virgo castissima Diaboli sensit insidias. Itaque quid facit? Christum, quem sponsum delegerat, (ô strenuè dimicantem puellam, & seriò consulentem pudicitiæ suæ) assidua precatione inuocat, pudorisque tutelam, & Sancti spiritus tabernaculum virginem Mariam in præsidium asciscit, ieiuna permanet, humi cubat, frugalis, sobria, vigilans se pertentantibus inimicis superior euadit. Nam Cypria-

S. Grego. Nazianzenus oratione 15.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

prianum, quem libido cæcauerat, in extremamque tum impietatem (rem enim cantionibus, præstigijsque tentabat) tum amentiam redegerat, patientia sua fregit, comitemque in martyrio habuit, erroris iam Labyrintho liberatum.

Breuiarium Romanũ summi Pontificis Pij V. iussu editum.

De quodam monacho.

NArrat Climacus, visum à se hominẽ fuisse, qui ne cogitationi fædæ assentiretur, ad foricas ibat frequenter, vbi nares fœtore, oculos immundo visu cruciabat, mentique insitas turpes rerum imagines hæc faciẽs euellebat. Res Climacum minimè latuit, qui socium, & arctæ illius vitæ consortem, in cloacas ventitantem, putidissimoque in loco genua flectentem, manusque supplices tendentem, loci indignitate offensus reprehendit. Sed expostulanti Climaco is qui obiurgabatur, respondit, illuc se venisse, vt loci commoditate adiutus obscœnæ voluptati resisteret, cuius erant impetus graues, & metuendi. Præclarè quidem, nam à libidine sensum cõmodè auertimus, cùm suauitatem respuimus, carnisque lenocinia, acerbitate, & dolore tem-

Ioan. Clima. in scala castitatis.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

peramus. Hæcque nobis commentatio esse debet assidua, vt videlicet sani simus, & salui, thesaurumque pudicitiæ in vasis fictilibus repositum tueamur.

De Sanctissima Agnete.

NOn patitur nec huius breuitas voluminis, vt dicantur omnia, nec vt sileri quędam debeant, ipsorum permittit claritudo. Sunt enim nonnulla ad puerilem institutionem valdè accommodata, quæ si tacerem, coargui possem, parumque deditus viderer iuuenum commodo, quo nihil mihi vel gratius, vel optabilius esse potest, & debet. Tale quiddam est, quod de Diua Agnete priscorũ habent monumenta. Quam annos natam duodecim, è scholis (quod est valde præclarum) redeuntem prędecti vrbis filius, qui illac forte transierat, cùm vidisset, amare cœpit, eiusque nuptias appetiuit. Quod vt obtineret faciliùs donis, & pollicitationibus virginem aggredi non dubitauit. Quę omnia vt vilissimas sordes virgo contempsit, infimumque homuncionem quæ Christo nupserat, & spreuit, & irrisit. Rapta ob eam causam ad impuri

D. Ambros. serm. 90.

tatis

tatis officinam Agnes egregia nihil eſt paſſa detrimenti: illis enim, qui ſe adibant, continẽtiam, piaſque precationes ſuadebat. Sed reliquis audacior effectus præfecti filius cùm virgini in loco moranti, quem ex turpi ſanctum ipſa effecerat, vim inferre conaretur, ab Agnetis cuſtode angelo occiſus eſt. Vt minimè mirandum ſit, flammis à tortore incenſis lædi virginem non potuiſſe, gladio interemptæ Agnetis ſepulcrum mille prodigijs claruiſſe, parentibus, & propinquis obitum lugentibus in tempeſta nocte ſeptam choro virginum, veſtibuſque fulgentiſsimis circumamictã agno candidiſsimo comite ſe oſtendiſſe, vetuiſſeque ſe vt mortuam defleri, quæ viueret, & ita viueret, vt mori nequiret amplius. Quid puellæ dubitatis primum veſtrum florem libare Chriſto? tuque ô puer in ſcholis idcirco teverſari exiſtima, vt & caſtitate, & ſapientia pectus exornes: literarũ enim ſtudioſos in vtroque ſe exercere conuenit, nec ſola eruditione eſſe contentos oportet.

De Sophronia.

(c) 2007. Ministerio de Cultura

TYrannorum sæuissimus Maxentius, idéque turpissimus cùm resciuisset vrbis Romæ præfecto vxorem esse Sophroniam candore vultus excellentem: missis vt solebat, stuprorum, libidinumque administris, ad se illã ex mariti latere diuulsam pertrahi iussit. Pessimi autem facinoris nũcij, & satellites Sophronię, quam fore leuissimam crediderant, & facilè consensuram, flagitiosam principis aperiunt voluntatem. Tum Matrona prudens, & fida rem ad maritum detulit: qui post varia agitata consilia tempori, & fortunæ parere statuit. At Sophronia prisci Romanorum seculi non immemor, legisque diuinæ, quæ honestior causa est, minimè ignara cunctari paulisper imperatorios famulos iussit, cubiculũque ingressa quasi ornare se volens gladio in pectore defixo proditam à suo viro pudicitiã imminente periculo liberauit. Antequam mulier formosissima, fortissimaque sibi ipsa manus afferret, Deum immortalem orasse dicitur, & se castitatis victimę loco immolasse. Intelligi nimirum necesse est, à Sancto spiritu inductam Sophroniam ita egisse, nec mortem sibi temere consciuisse. Nam quamuis paucis

Euseb. lib. 8. ecclesiastica histor. c. 17

(c) 2007 Ministerio de Cultura

simi fuerint, quibus hoc remedij genus concessum sit, tamen illi ijdem, quibus se occidere licuit, faciunt, ne nobis siniſtrum aliquid de Sophronia ſuſpicari liceat.

De matris, filiarumq; constantia in conſeruanda caſtitate.

PElagia Antiochena virgo cùm pudicitiæ inſidiatores, vel raptores potiùs anxia timeret, religioniſque, & caſtitatis inſtarent inimici, mortem non volũtariam, ſed propè neceſſariam Dei permiſſu ſibi fertur intuliſſe. Cuius exemplum mater, & quæ in vita manſerant ſorores ſequutæ fuerunt, ſéque ne violarentur à militibus à tergo inſequentibus in flumen coniecerunt. Quòd ſi hæc eadem ex Ambroſio magis ſcire delectat, ipſa doctoris ſancti verba ſubijciam. Vt enim ad aquam vẽtum eſt, ſic parens caſtiſsima, filiæq; virgines loquutæ feruntur; excipiat nos aqua, quæ virgines facit, excipiat nos aqua, quæ cælum aperit, infirmos regit, mortem abſcondit, martyres reddit. Terrarũ conditor precamur Deus, ne exanimata ſpiritu corpora vel vnda diſpergat. Ne mors ſeparet funera, quarum vitã nõ

Li. 3. de virginibus.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

separauit affectus. Sed sit vna constantia, vna mors, vna etiam sepultura. Hæc effatæ, & suspensæ paululum incincto sinu, quo pudorẽ tegerent, nec gressum impedirent, consertis manibus tanquam choros ducerent in mediũ prorediuntur alueum, vbi vnda torrentior, vbi profundum abruptiùs illuc vestigia dirigentes. Nulla pedem retulit, nulla suspendit incessum, nulla tentauit vbi gressum figeret, anxiæ cùm terra occurreret, offensæ vado, lætæ profundo. Videres piam matrem stringentem nodo manus, gaudere de pignore, timere de casu, ne sibi filias, vel fluctus auferret. Has tibi inquit hostias Christe immolo, præsules virginitatis, duces castitatis, comites passionis. Sed quis iure miretur tantam viuentibus fuisse constantiam, cùm etiam defunctæ immobilem stationem corporum vindicauerint? non cadauera vnda nudauit, non rapidi cursus fluminis volutarunt. Quin etiam sancta mater licet sensu carens pietatis tamẽ adhuc seruabat amplexum, & religiosum, quem strinxerat nodũ, nec morte laxabat, vt quę religioni meritum soluerat pietate hæredem mereretur. Nam quæ ad martyrium iunxerat, vs

que

(c) 2007 Ministerio de Cultura

que ad tumulum vindicabat. Hæc Ambrosius, quæ Sophroniam, cuius eadem causa est, defendunt, & laudant. Hæc enim quæ imitari non licet, oportet admirari.

De Abbate Elia.

MOnachus Elias in vasta eremo constitutus cùm æstiuo tempore intrà casæ angustias se contineret, pulsari ostium sensit, illoque aperto mulierem vidit aquam ad bibẽdum deposcentem. Elias fœminæ, vel quod puto verisimilius corporato dæmoni quod petebat, dedit, illaque vt se gratam ostenderet, dicere cœpit, eiusdem se esse instituti, in eademq; vicinia commorari, lapideque vno suum distare hospitiolum. Elias cùm iam fœmina recessisset, tanto veneris inarsit incendio, vt sede relicta, in qua manebat, ad visę mulieris domunculam properarit, quem nec Dei timor, nec solis meridiano tempore ardentis faces intolerandæ ne id faceret, impedire potuerunt. Cùm verò vno tantùm stadio à mulieris abesset spelunca, antroque mortifero, à propria mente efficitur alienus, stansque medio itinere in magnum terræ hiatum se pu-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Ioannes Eiuratus in prato spirituali. c.19.

tat incidisse. In hoc attonitę mentis exilio fœtidissima cadauera vidit Elias, & quendam venerabili specie virum digito illa monstrantem, & ita loquentem: en hoc puellæ est corpus, illud viri, istud pueri valde formosi: proinde optatis, si libet, fruere amplexibus, carnem, quæ vermes haud serò passura est, si tibi est gratum, cõcupisce, modo intelligas horę vnius voluptate longos, & diuturnos eremi labores prorsus extingui, & aboleri. Eliam & astantis illius, cuius erat dignitas visenda, prędclaræ admonitiones, & spectaculi horror, & mortis memoria, & fugitiui oblectamẽti brevitas, & æterni supplicij formidatio, & cogitati sceleris conscientia, pauoresque ingentes humi deiecerunt. Quem vir idem, qui se ostẽderat, quique interuenerat, ex timore recreauit, manuque erectum sustentauit. Deinde cùm iam animi compos esset effectus, illeque fugisset opportunus admonitor, reminisci Elias cœpit, quod viderat, quodque audierat, acceptoque malo resipiuit: suumque illud antrum pluris æstimare cœpit, vnde nocuerat, exiuisse. Habes optime adolescens, quàm pudicitiæ aduersum sit & sensu, & corpore va-

ga-

gari longius, habes in mortis recordatione, plurimum esse præsidij ad libidinem coërcendam, nos enim post obitum nequicquam, & sero pœnitebit.

De quadam virgine.

SEuerianus Abbas monachum miserat, vt quæ domui necessaria erant, deportaret. Qui cùm in pago à quodã viro benignè fuisset exceptus, hospitis sui filiam amare cœpit non fraternè, hospitijque, & religionis iura contemnẽs tacito cogitationis se scelere monachus polluebat. Verùm cùm sic affectus occasionem perpetrandi maleficij ex hospitis absentia nactus esset, à virgine præclara, quam iam erat turpiter inuasurus, quæ rem præsagiuit, hac interrogatione, præuenitur: dic hospes, num fœminam aliàs appetiueris? cui monachus negauit, se id vnquam feciſſe. Rogat iterum fœmina mente, & facie decora quandiu cum religiosis fuisset hominibus, relictoque mundo Christi miles effectus nauiter stipendia meruisset? tum monachus annos, inquit, septemdecim seueriſsimæ patrum indulsi disciplinæ. Atqui virgo ait, doloritibi esse

(c) 2007 Ministerio de Cultura

debet laborum perditio tantorum, vigiliarũ amissio, pudicitiæ ruina, & pristinæ interitus sanctitatis. Quid? quod me, si virginalem hanc carnem læseris, quicquam ue superiore tua vi
Ibidem c. 39 ta indignum commiseris, laqueo, suspendióque interimam, teque & sequutæ necis, & stupri nefarij reddere rationem, causamque dicere ante tribunal æterni iudicis oportebit. Tanta rusticanæ virginis constantia, tam insignis pudicitia, tam prudens, tamque egregia probitas cæcato hospiti lumen reddidit oculorum, illeque resipiscens se collegit, moxque in suas ædes reuersus ei, à quo iussus fuerat egredi, rem totam exposuit, & ne ampliùs exire cogeretur, orauit, qui posteà quàm tres mẽses luctu acerbissimo scelus admissum expiauit, è vita discessit. O periculosa virorum cũ fœminis commercia? O insignis puellæ laus? quæ illum docuit, & sanauit, à quo docenda esset. Nec est sua frustrandus gloria monachus, qui licèt primò fuerit imbecillis, post tamen se ipse correxit, duoque illa verba secum fecit, quid ago, quibus sanior effectus pedem ex luto retraxit, & quantæ sint religionis vires patefecit. Surgunt illi quidem, velociusq;

(c) 2007 Ministerio de Cultura

a mortuis exiſtunt, qui repentino quodá motú labuntur, quàm qui inueterato vſu calluerunt. Adde bonorum cætus, quos frequentamus, & quibus cum viuimus, ſubuenire plurimùm, & prodeſſe.

De S. Hieronymo.

QVæ de ſe ipſo Hieronymus his verbis ad Euſtochium ſcribit, exempla, pręceptaque ſunt, ſatiſque ea pij homines decanta runt, quæ à iuuenibus ad verbum ediſci vellẽ. Sunt enim pudicitiæ amatoribus apprimè neceſſaria. Quia, inquit, impoſsibile eſt in ſenſum hominis non irruere innatum medullarum calorem, ille laudatur, ille prędicatur beatus, qui vt cœperit cogitare ſordida, ſtatim interficit cogitatus, & allidit ad petram: petra autem Chriſtus eſt. O quoties ego ipſe in eremo conſtitutus, & in illa vaſta ſolitudine, quę exuſta ſolis ardoribus, horridum monachis præſtat habitaculum, putabam me Romanis intereſſe delitijs. Sedebam ſolus, qui amaritudine repletus eram. Horrebant ſacco mẽbra deformia, & ſqualida cutis, ſitum æthiopicæ carnis obduxerat. Quotidie lachrymę, quotidie

In epiſtola ad Euſtochiũ

(c) 2007 Ministerio de Cultura

die gemitus,& ſi quando repugnantem ſom nus imminens oppreſsiſſet: nuda humo, vix oſſa hærentia collidebam. De cibis verò & po tu taceo, cùm etiam languentes aqua frigida vtantur,& coctum aliquid accepiſſe, luxuria ſit. Ille igitur ego, qui ob gehennæ metum, tali me carcere ipſe damnaueram, ſcorpionũ tantùm ſocius & ferarum, ſæpe choris inter eram puellarum. Pallebant ora ieiunijs,& mẽs deſiderijs æſtuabat, in frigido corpore,& an te hominem ſuum iam carne præmortua, ſo la libidinum incendia bulliebant. Itaque om- ni auxilio deſtitutus, ad Ieſu iacebam pedes, rigabam lachrymis, crine tergebam,& repu- gnantem carnem, hebdomadarũ inedia ſub- iugabam. Non depudeſco infelicitatis meæ, quin potius plango me non eſſe, quod fue- rim. Memini me clamantem, diem crebrò iũ- xiſſe cum nocte, nec priùs à pectoris ceſſaſſe verberibus, quàm rediret domino increpan- te tranquillitas. Ipſam quoque cellulam meã, quaſi cogitationum mearum conſciam perti meſcebam. Et mihimet iratus & rigidus, ſo- lus deſerta penetrabam. Sic vbi concaua val- lium, aſpera montiũm, rupium prærupta cer

ne-

nebam: ibi meæ orationis locus, ibi illud miſerrimæ carnis ergaſtulum: &, vt ipſe mihi teſtis eſt dominus, poſt multas lachrymas, poſt cælo inhærentes oculos, nonnunquam videbar mihi intereſſe agminibus angelorum.

De S. Benedicto.

NEmini inauditum eſt, qua ratione pugnam carnis difficilem Sanctus confecerit Benedictus. Cùm enim fœminæ, quam aliquando viderat, ſpecies animo obiecta eſſet, ſeq; magis ac magis furioſo igne inflammari ſentiret: nudaſſe corpus dicitur, illudq; in vepribus, ac ſpinis non longè poſitis volutaſſe, dolore ſedata libido eſt, ſanguiniſque è cruẽtato corpore manantis fluuio voluptatis incendium extinxit Benedictus. Tanta ex eo tempore conſequuta tranquillitas eſt, vt nulla ampliùs obſcænior cogitatio, molliorve in ſanctum Dei militem inuaſiſſe narretur. Nã qui fortiter dimicant, hoſtis audaciam comprimunt, redduntque ad nocendum tardiorem. *S. Greg. li. 2. dialog. c. 2.*

De Diuo Franciſco.

San-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

SAnctissimi Franciſci exemplum illud non minus est vtile, quàm in vulgus notum, qui cùm molliri animum cogitatione nuptias ſuadente vidiſſet, pręclaro vtens conſilio tela refregit inimici. Etenim ad niuem, quæ multa erat, acceſsit, pilaſque ſeptem nudus ex gelidiſsima illa maſſa confecit, quas etiam amplexu fouens hoc modo loquebatur, Franſci ſce omnium maxima tua est vxor, en adſunt duo filij, totidemque filiæ, ſeruus etiam, & ancilla, magnam te alere familiam oportet, da operam vt victus & veſtitus domeſticis tuis ſuppetat, conficiantur veſtes quàm primùm, ne præ gelu & frigore liberi, quos genuiſti, quique tibi ſeruiunt famuli, moriãtur. Quòd ſi curarum multiplicium te moles non tã viſa, quàm prouiſa deterret, Deum ſequere, cui qui obſecundant, omni corporis, & animi moleſtia liberantur. Hæc Chriſti ſignifer Frá ciſcus cùm egiſſet, verbaq; huiuſmodi protuliſſet, euerſorem pudicitiæ Sathanam conuicit, elinguemque reddidit, tergiuerſantemq; carnem, Chriſtiq; iugum ferre nolentẽ optimè compeſcuit. Nec ſolùm Franciſcus bella fortiter conficere ſolebat, verùm etiam paci con-

Bonanẽtu. in vitã S. Frã ciſci c. 5.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

consulere, quæ nihil esset insidiarum habitura: fertur enim dixisse comiti aliquando nullam sibi facie mulierem esse notam. Iure & meritò Christiani Diuum Franciscum mundi prodigiũ non solũ diligimus, sed amamus.

De Angelico doctore Thoma.

NOn paruam nostri iuuenes vtilitatem ex Diui Thomæ Aquinatis pręclaro illo arcendæ libidinis exemplo capere possunt. Nã cùm fratres ad labefactandam adolescentis cõstantiam mulierculam immisissent, nullaque ad propulsandum hostem arma suppeterent, ticionem ex foco sumpsit, quo deinde insidiãtem castitati fœminã egregiè profligauit. Leges enim permittũt vt vim vi repellere liceat, ignemque igne superare. *Ex vita diui Thomæ per Ioannẽ Garzonem.*

Externa castitatis exempla.

Cap. IIII.

De Spurina.

FOrmosissimus Spurina cũ in se oculos mulierũ quacunq; iret, cõuerteret, ne viris suspectus, fœminisq; & sibi pernicioſus esse posset, pulcherrimam suam faciem inflictis sponte vulneribus deformauit. Breuiore possunt iti- *Valerius Max. li. 5. c. de verecundia.*

(c) 2007 Ministerio de Cultura

itinere Christiani adolescentes ad castimonię summam laudem peruenire: minorisq; emere pudicitiæ palmam, qua Spurina caruit.

De Rege Antiocho.

Celius Rodigi nus antiq. lect. li. 13. c. 6.

DIanæ sacerdotem forma præstãtem, quæ in Ephesino templo erat, rex Antiochus vidisse fertur, eiusque amore captus illico fuisse. Rex verò, qui quantum illud esset crimen, intelligebat, priusquam longiore conspectu totus inardesceret, è fano discessit, ne si maneret diutiùs, sacram mulierem concupiscceret. Magna quidem regis continentia, laudabilisque prouisio, quod enim ab oculis abest, ab eo solet flagitio animus abhorrere.

De Chijs.

Ibidem c. 7.

GHiorum summam continentiam magni facere oportet, apud quos olim nec adulterium vllum, nec illicita commixtio valuit deprehendi. Hæc Christiani considerent, & rubore suffundantur.

De Spartanis, & Locrensibus.

S. Hieron. li. 1 aduersus Iouinianum.

LAcænas quinquaginta Messenij quidam impudici adolescentes verbis, & factis ad patiendam libidinem diu, & multum induce

re

(c) 2007 Ministerio de Cultura

re conati fuerunt, quarum nulla consensit. Sed Spartiatarum fœminæ, quorũ Remp. Lycurgus optimis institutis, & legibus temperauit, non ita mirabiles existunt, Locrenses verò virgines quis nõ admiretur? quæ annis mille integritatis famam produxerunt, nullaque earum reperta est in tam longo annorum spacio, quæ non aut culpam amissi pudoris, aut certè suspicionem effugerit. Eoque magis mirari debemus, quòd affirment historiæ, eas quotannis Illium ad solenne, & statum sacrificium mitti consuesse. Mihi sanè Locrensium puellarum laus hæc incredibilis videri nõ solet, magnam habet vim Reip. disciplina, sunt præterea multi naturæ quodam bono pudici, in quos se frustrà malus dæmon solet armare.

Rodiginus antiq. lect. li. 23. c. 1.

De Scipione.

ANos natus Scipio quatuor & viginti nostra in Hispania vrbem illam potitus est, quam veteres minorem Carthaginem appellarunt. Verùm inter spolia cùm direptores ipsi virginem pulcherrimam reperissent, Scipioni illam obtulerunt, vt ea ratione imperatoris

Valerius li. 1. c de continẽtia.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

ſui animum delinirent. Sed tamen Scipio & iuuenis,& cælebs,& victor ſponſo virginem reddere maluit, quàm ſibi vendicare. Vt autem continentię, & æquitati beneficentiam, liberalitatemque coniungeret,quod pro redemptione captiuæ afferebatur,puellæ donauit ad dotem cumulandam. Virginis autem ſponſus inter Celtiberos maximè illuſtris virtuti Scipionis debere ſe putauit,vt ſuæ ciuitatis viros Romanis ſubderet, nec id impetratu difficile fuit,nam cuncti optimum eſſe ſtatuerunt,illi obedire,qui ſibi diſceret imperare.

De Romanis quibuſdam.

Idem li. 6. c. de caſtitate.

POntius Aufidianus propriam filiam perimere non dubitauit,quæ ſe permiſerat violari:nec hoc contentus ſupplicio ſceleratiſſimum quendam ſeruum occidit,à quo puellę caſtitas prodita fuerat.Pluuius autem Meuius libertum, quo plurimùm delectabatur, dira quadam animaduerſione puniuit,is enim patroni ſui filiam oſculo ſolùm attactam labefecit.Philiſcus verò improbam filiam,quę ſe ſtupro contaminauerat,interemit.

De Hieronis tyranni vxore.

Si-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

SIracuſanus Hieron amicis, quibus cum familiariter loquebatur, putidiſsimum afflabat anhelitum, qua de re cùm ab eiſdem fuiſſet admonitus, neque id ſine rubore tyrãnus audiuiſſet, conqueri de vxore cœpit, domũque rediens grauiter illam inculſauit, quæ tãdiu turpe oris vicium celauiſſet: cui vxor credideram, inquit, omnibus viris eſſe commune, vt grauiter olentem animam inhalarent. Qua voce nulla eſſe potuit honeſtior, ſibiq; Hieronis vxor vicinos nũquam fuiſſe mares, apertè declarauit. *Pluta. in lib. Apophthegmatum imp. & reg.*

De Bilia Romana fœmina.

Idem de Bilia Diuus Hieronymus narrat his verbis.

DVellius qui primus Romæ nauali certamine triumphauit, Biliam virginem duxit vxorem, tantæ pudicitiæ, vt illo quoque ſeculo pro exẽplo fuerit: quo impudicitia monſtrum erat, non vicium, is iam ſenex, & tremẽti corpore in quodam iurgio audiuit exprobari ſibi os fœtidum: & triſtis ſe domum contulit. Cùmque vxori queſtus eſſet, quare nunquam ſe monuiſſet, vt huic vicio mederetur, *Li. 1. aduerſus Iouinianũ*

(c) 2007 Ministerio de Cultura

feciſſem inquit illa, niſi putaſſem omnibus viris ſic os olere. Laudanda in vtroque pudica, & nobilis fœmina; & ſi ignorauit vicium viri, & ſi patienter tulit, & quòd maritus infelicitatem corporis ſui non vxoris faſtidio, ſed maledicto ſenſit inimici. Hæc Hieronymus.

De Alexandro Magno.

DAmon & Timotheus cùm præſente Alexandro grauiſsimi ſceleris arguerentur, mulieribuſque abuti dicerentur, ira commotus Alexander ad Parmenionem ſcripſiſſe fertur, vt ſi conuicti fuerint, & crimen inficiari nequiuerint, ſæuiſsimis cruciati pœnis Damó, & Timotheus tanquam belluæ humano generi perniciosæ trucidentur. Ego enim, Alexander ait, Darij vxorem nec vidi, nec videbo vnquàm, nec illorum periculoſam aſſentationem probo, qui mihi ipſius pulchritudinem valde commendant. Regalis ſanè, & Græco principe digna ſententia. Idem præterea Perſicas adultas virgines parta victoria ab armatorum impetu prohibuit, illarumque & famæ, & pudori conſuluit: quas ſacris in ædibus ſeruari iuſsit, vbi nullius conſpectæ oculis ad fi-

Plut. in vita Alexandri.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

finem vitæ, niſi quæ viris voluerunt nubere, permanſerunt. Eundem Alexandrum dicere ſolitum accepimus, videri ſibi hominum miſeriam re non alia perſpici poſſe perinde atq; ſomno, & veneris voluptate. Præclarè quidē. Duo enim hæc piraticam exercent, & mentē, qua nil eſt præſtantius homini ab immortali Deo tributum, latrocinando eripiunt. Nam quandiu vel ſopore capti, vel carnis illecebris irretiti ſumus, nil nobis, noſtraque progenie dignum agitamus. Quanquam ſomnum publicano ſimilem dixerim partem vitæ, tanquā vectigal exigenti, quem liberæ ciuitates, & bene conſtitutæ non ſemper improbarunt: corporis verò incontinentiam tyrannico exactori, crudeliterque dominanti compararim.

De Xenocrate.

COntinentiſsimum Xenocratem Athenienſis quædam meretricula ſe profitebatur eſſe victuram. Qua de re cum adoleſcentibus quibuſdam Xenocratis pudicitiam expugnari poſſe negantibus paciſci, pignuſque interponere firmandæ promiſſionis cauſa impudentiſsima Lupa non dubitauit. Cumque

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Xenocratem adisset, eundem vino complesset, manuque, & voce pellexisset, tamen victa recessit, & mœsta: nil enim motus est Xenocrates, cuius erat continentia singularis. Philosophi huius castitatem equidem nõ despicio, admittendæ meretricis temeritatem reprehendo: admirabiliorque mihi semper illorum pudicitia fuit, qui fœminis occultioris impudentiæ resistunt: aperta enim improbitas, venalisque forma despicitur ipsa per se, neminemque grauioris ingenij remoratur.

Valerius Mal. l. 1. c. de continentia.

Naturæ exemplis castitas commendatur.

Cap. V.

De Leone, cui sancta Thecla exposita fuit.

THecla virgo sanctissima à diuo Paulo doctore gentium instituta summis, permagnificisque præconijs cum à multis mirę sanctitatis hominibus, tũ maximè ab insigni doctore Ambrosio celebratur, cuius verba describam, quibus Leonis aduersus pudicitiam reuerentia mirabilis explicatur. Sãcta (inquit ille) Maria disciplinam vitæ informet, Thecla do-

S. Amb. li. 1. de virginib⁹

(c) 2007 Ministerio de Cultura

doceat immolari, quæ copulam fugiens nuptialem, & ſponſi furore damnata, naturam etiam beſtiarum virginitatis veneratione mutauit. Namque parata ad feras cum aſpectus quoque declinaret virorum, ac vitalia ipſa ſæuo offerret Leoni, fecit, vt qui impudicos detulerant oculos, pudicos referrent. Cernere erat lingentem pedes beſtiam cubitare humi, muto teſtificantem ſono, quòd ſacrum virginis corpus violare non poſſet. Ergo adorabat prædam ſuam beſtia, & propriæ oblita naturæ naturam induerat, quam homines amiſerant. Videres quadam naturæ trãsfuſione homines feritatem indutos ſæuitiam imperare beſtiæ, beſtiam exoſculantem pedes virginis docere quid homines facere deberent. Tantum habet virginitas admirationis, vt eã etiã Leones mirentur. Non impaſtos cibus flexit, non citatos impetus rapuit, non ſtimulatos ira exaſperauit, non vſus decepit aſſuetos, nõ feros natura poſſedit. Docuerunt religionẽ, dum adorant martyrem, docuerunt etiam caſtitatem, dum virgini nil aliud niſi plãtas exoſculantur, demerſis in terram oculis, tanquam verecundantibus, ne mares aliqui, vel beſtia

(c) 2007 Ministerio de Cultura

virginem nudam videret. Hæc Ambrosius.

De Ciconia.

THessalica mulier, quæ Alcinoë vocabatur, marito absente, & profecto peregrè, seruum amare cœpit, & cum eo stupri nefariã consuetudinem habere. Erat domi Ciconia auis nempè gratissima, quæ illatam Domino iniuriam vindicauit, in adulterum enim seruũ securum, & ocioſum volucris impetum fecit, rostroque auulsit oculos, supplicio declarans miseram hominis cæcitatem. Hoc ego fabulosum cur existimem, bonumque autorem mentiri putem? nec enim tam excordes esse debemus, vt aliquam inesse auibus intelligentiam credamus, sed pleraq; facere diuino instinctu, Deique nostri imperio, à quo per belluas sæpe instruimur, sæpe castigamur.

Elianus de historia animalium li. 8 c. 19.

De Apibus.

Illum adeò placuisse apibus mirabere morem
Quod nec cõcubitu indulgẽt, nec corpora segnes
In Venerem soluunt, aut fœtus nixibus edunt:
Verùm ipsæ foliis natos, & suauibus herbis
Ore legunt. *Hæc Vergilius.*

1. Georg.

Præ-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Præterea AElianus author eſt recentem à cõ plexu venereo ab apibus ipſis agnoſci, quem omnes velut hoſtẽ inſectantur. Quare mirũ non eſſe debet, ceram, quæ virginalis eſt, & caſtiſsimis orta parentibus, à ſummo Deo electam fuiſſe, vt in ſacris altaribus colluceret. *Ibid. li. 5. c. 11*

De Elephantis.

ODium Elephantibus eſſe in adulteros, libidinoſoſque homines capitale eius hiſtoria comprobat, qui ſentiens ſui altoris vxorem cum alieno miſceri, occidit ambos, ſtragulaque veſte contectos venienti domino reuelauit. Vxoris perfidiam, pœnamque iuſtiſsimam, & beſtiæ fidem vir rediens intellexit: nam cruentata manus, iacentiaque ſimul corpora ſedulo elephantis indicio monſtrata ſeriem facti vniuerſam explicabant. Multos habet illibata pudicitia præcones, læſa vindices, nec tamen idcirco timere deſinit, quæ à pluri mis oppugnatur. *Ibid. li. 4. c. 7*

De pullo Equino.

EFfrænatam hominis cuiuſdam libidinẽ, naturæque fines tranſeuntem pullus vidit equinus, iraque incenſus, tantique ſceleris *Ibid. li. 4. c. 7*

(c) 2007 Ministerio de Cultura

impatiens turpissimum, flagitiosissimumque hominem morsu, & calcibus interemit: nec hoc contentus supplicio sepulchrum obseruat occisi, effossumque hominis impuri cadauer dilaniauit, ac perdidit, quasi probare cupiens iustissimam Hispanorum consuetudinem in tali libidine punienda. Nostra enim Hispania nefarij stupri autorem sepultura priuat, cineremque dissipat corporis deflagrati.

Noua castitatis exempla.

Cap. VI.

De quodam Theologiæ sacræ magistro.

INfelix nostra ætas non est omnino castis destituta hominibus, vt enim viros, ac fœminas intra religionis tecta viuẽtes taceamus: plurimi soluti viuunt in libero mundo nõ pudicitiæ solùm, sed etiam virginitatis amatores, quos inter recẽseri optimè potest vir quidam eruditus, & sanctus, qui iam senex, & cũ non procul abesset, à morte de se narrare solebat, libidinis se expertem esse, nilque neque amatorium, neque turpe sibi vnquam placuisse. Idem octogenarius ferè cum negocio poscen-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

ſcente ad fœminam quandam adijſſet, nec eã toto colloquij tempore eſſet intuitus: quæſiuit ex eo mulier, cur ſe non aſpiceret: cui ille mulier es, inquit. Egregia ſanè vox, quæ virũ hunc non minùs ornauit, quàm præclara librorum volumina, quæ ſcripſit. Eſt enim virginalis vita fœcunda maximè, quippè quæ ocium ſuppeditet ad ſcribendum, ingeniumque acuat, quod obtundit libido.

De quodam viro.

QVæ præclarior eſſe hiſtoria poteſt, vt hæreticorum, qui quas virtutes ample cti nolunt, eas poſſe reperiri impudenter negant, nõ ſtultitiam, ſed amentiam refutemus, quàm quæ de viro profano, nulliſque deuoto ſacris memoratur? is enim cùm perditorũ hominum colloquijs, & ſermonibus intereſſet: diceretque illorum aliquis maximè petulans, fieri non poſſe, vt mortalium quiſquam ſe omnino contineat, laureamque virginum aſſequatur: pecudis hanc vocem ferre non valens reſpondiſſe dicitur, falſò illa, & impudẽter affirmari, ſibique mentem eſſe ſynceram, & corpus incorruptum. O viri laudatio tem-

pe-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

pestiua? neque enim tam se, quàm Dei potentiam commendauit: pudicitiæque aduersariũ teste conuicit oculato. Sunt non pauci, qui ex sua mollitie de virtutis robore existimant, quos domesticis, quotidianis, veris, visisque exemplis coarguerem, si opus esset.

De iuuene literarum studioso.

MAgnum est quod referimus, & valdè cõducens ad id, quod efficere optamus. Adolescens (cuius ego fratrem virum sanè præclarissimum, & summè misericordem sæpe conuenio) cùm Salmanticæ literis operam daret, fœminæque illum propter oris speciẽ, candoremque eximium amarent, vltroq; appeterent: domum, viciniamque mutabat sapienter. Diui Francisci postea familiam religiosissimam ingressus suis moderatoribus annos quinquaginta perfectè obediuit. Cuius etiam concionantis supra caput columba visa est volitare, quę omnia is mihi narrauit, qui mori mallet, quàm mentiri.

De quadam fœmina.

Pul-

(c) 2007 Ministério de Cultura

PVlchram, nobilemque mulierem viroque nuptiali fœdere coniunctam mariti frater libidinis nefario genere concupiuit. Cùmq; ad inceſtum adulterium allecta ſæpe renueret, illius, à quo amabatur, conſceleratiſsimis eſt manibus interempta.

De quadam fœmina.

FVit etiam fœmina alia, quam amator flagitioſiſsimus: ab illa ſe dolens ſpretum vulnere affecit, & iniuria. Nec ſola floruit in hac muliere caſtitas: percuſſoris enim in vincula coniecti cauſam religioſis hominibus examinandam ipſa commiſit, pollicitaq; fuit, facturam ſe quicquid illi decernerent. Nam immaniſsimi, turpiſsimiq; ſceleris auctori parcere non audebat ſine prudentum conſilio: ſæpe enim impunitas minùs vtilis Reipub. ſolet eſſe. Itaque dixit, ſcire ſe velle, vtrùm Deo gratiùs eſſet futurum, puniri ne ſontem, an liberari: quæ quoniam ſibi difficilis viſa fuit quæſtio, expectandum cenſuit iudicium ſapientium, & bonorum. Equidem dubito, ancepſque ſum, vtrum potiùs admirer, pru-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

prudentiam ne raram, an continentiam ſingularem? Vicit hoſtem fœmina, virum mulier, ſeque in difficiliori pugna etiam ipſa ſuperauit.

DE

(c) 2007 Ministerio de Cultura

DE CASTITATE.

Continens oratio.

QVemadmodũ Chriſtiani adoleſcentis officia ducerentur à verecundia,atq; ab omni genere comitatis,libro proximo diſſeruimus:ſequitur,vt de pudicitia,quæ ſe dicenda offerunt,explicemus.In huius autem tractatione materiæ perſequemur illa duntaxat,quæ profutura eſſe videantur,cùm minimè ignoremus,eã à nobis quęſtionem ſuſcipi,quæ ſilentij magis,quàm orationis indigeat, quamque facta multò commodiùs, quàm verba commendent. Noſtrã verò perutilem hanc adhortationem in duas diuiſam eſſe partes volumus , quarum altera tuendæ, conſeruandæque pudicitiæ ſalubria quædam præcepta tradat,altera laudes dicat, & encomia caſtitatis. Vos, Chriſtiani pueri, percipite,quæ ſe,diligenter , & ea, quæ dixero,penitus veſtris animis,mentibuſque mandate. Cupio enim deteſtari à vobis libidinis peſtem immaniſsimam,quæ ſi prorũpat , nec re-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

repreſſa leges,& iura ſeruare cogatur,non ſo lùm quod eſt in homine pulchrum deforma bit,verùm etiam quod ſacrum violabit. Quare adeſte animis,precor, & attendite omnes, noſtrumque de caſtitate ſermonem eo animo accipite,quo vobis illum ſcribimus, dieſque,& noctes commentamur:qui,ſi forte placuerit,pręmij loco ſolum expoſcimus, vt his monumentis,præceptiſque lector ad ſuã vtilitatem vtatur, meæque laudis oblitus pudicitiam & amare diſcat, & etiam cuſtodire.

Principio,quoniam vim habet magnam educatio,quæ ſuperioribus libris copioſè tradita ſunt,huc referri oportere,arbitror,illa præſertim,quæ de religione, & verecundia præcepimus,his enim ex fontibus caſtæ vitæ remedia, & admonitiones hauriuntur. Nam qui pietatis ſtudioſus immortalem Deum iam inde ab infantia colere cœperit, quique verecũdiæ iugo ceruicem ab eo tempore ſuppoſuerit,pudicitiam ipſam vel ſpõte cognoſcet, ad eamque amandam incredibili quadam mentis alacritate rapietur. Non enim tam ſunt aut excordes pueri,aut rudes, vt nõ vel abſq; vlla magiſtri,inſtitutoriſve opera intelligãt, quid

(c) 2007 Ministerio de Cultura

insit in libidine mali, quę etiam ingeniorum celeritas præceptori peropportuna esse poterit, vt cùm de castitate agat, dociles sperare possit, se esse habiturum auditores. Qui igitur instituendorum adolescentum curam assumpserunt, castitatis negocium dimidiatũ, perręque ad exitum adductum credant, illis seruatis, atque prouisis, quæ de verecundia in ipso statim principio diximus, nam pudor, & pudicitia cùm nomine consentiant, re ipsa cõcordant multò magis. Cùm enim puer ornatam videat verecundia pectoris domum, facile per se intelliget, cui nam hospiti apparetur. Si quidem institutores ipsi ad continentis vitæ studium pudentis, moderatæque pueritiæ labores meditantur, cùm pudor velut quidã sit alumnus castitatis. Verùm quamquam ipsa modestiæ disciplina, vel doctore nihil loquente, discipulum ad castimoniæ, & puritatis desiderium erudire potest, tamen non ob id ipsum silere conuenit, sed languentem, & dormitantem admonitionis aculeis excitare. Verùm institutor sibi persuadeat, necesse est, cùm in omnibus tum maximè hac ipsa in re exemplum valere plurimùm, & quàm verba

(c) 2007 Ministerio de Cultura

vim multò habere maiorem. Caſta admonitoris vita omni concione fortior eſt, qua ſublata, docentis, & adhortantis langueſcet induſtria, cùm nulla tanta facundia ſit, qua turpis vitæ iactura, & damna compẽſentur. Etenim inhoneſti præcipientis mores quodcunque verba extruxerint, labefactant, nec tam ignari puerili ſunt, vt neſciant, debilem illius, & mancam adhortationem eſſe cenſendam, cuius cum vita pugnat oratio. Magna quædam eſt, vti dixit Satyricus, aduerſus pueros adhibẽda reuerentia, vixque riſum teneo, cũ à parentibus vicioſis in filios animaduerti conſidero, qui cùm ſe minimè corrigant, ſuis tamẽ liberis ſeueriſsimas leges proponũt, ſummæque perfectionis conſilia, præceptaque inculcant, nec vident, fruſtra conari ſe, cùm autore Hieronymo, procliuis ſit malorum imitatio, citiuſque vicia eorum, quibus eſſe ſimiles cupimus, quam virtutes exprimamus. Quare, ſi tuis prodeſſe deſideras, in illis te prius exerce, quæ ab alijs effici, præſtarique contendis, virtutiſque commendationem puta fortiſsimã, quæ verbis, & factis innitatur. Quod verò ad caſtitatem attinet, vbi ſe parens, magiſterve

(c) 2007 Ministerio de Cultura

ijs,quos regit,atque educat, honeſtate vitæ probauerit,verbis etiam,& leni prece ſuos ad munditiæ amorem inuitabit. Securè autem de pudicitia agitur, cùm tectis verbis, nilque non cognitum ſignificantibus vtitur inſtitutor.Laudare continentiam licet,cælibem vitam honorare,virginum dignitatem efferre, libidinem execrari, nec eſt ab hac infinitate diſcedendum,ne pro caſtitatis deſiderio, libidinis ardorem inflammet orator,dumq; pernicioſum incendium cupit extinguere, fortius idem incaleſcat ; quod fit commemoratione earum rerum,quę natura ſua fœdi amoris ignem ſolent excitare. Vt enim cænum ſi commoueatur,nares fœtore complet,ita libidinis mentio quanuis iuſta de cauſa fiat, hæret tamen medullis,ac ſenſibus, vt ne de illius quidem odio,ſine aliqua oblectationis formidine,ac ſuſpicione cogitemus. Sed quoniam puero caſtitatis difficilis eſſe pugna non poteſt,præſertim vbi vel boni parentis charitas vel egregij inſtitutoris cura ſuccurrit,ad eum nos iuuandum , & inſtruendum referamus, quem ætate,opibus,& pulchritudine florentem mundus oppugnat,maluſque dæmon al

(c) 2007 Ministerio de Cultura

licere optat, vt contempta pudicitia ad libidinis castra inuolet, & in illis, tanquam ad Sirenæos scopulos consenescat. Huic nos opem, & auxilium ferre conamur, armorumque apparare copiam, vt cùm diuinitus se ad certamen cum durissimis, nequissimisq; hostibus in eundum vocari sentiet, habeat vnde clypeum, galeam, & loricam petere possit, ne forte inermem aut interimat, aut certè vulneret inimicus. Sed quod esse commodius remedium potest, quàm quod continẽtia præstat, & in cibo ac potu temperantia? Nam cùm lasciui corporis illecebræ non aliunde, quàm ab immodica saturitate manẽt, profecto, qui belluæ ferociam fame comprimet, vires illi ademerit, nocendique, & calcitrandi instrumenta sustulerit. Hanc passim medicinã docet Hieronymus castitatis ex omnibus defensor aptissimus. Cùm enim virginem Eustochium doctor sanctissimus erudiret, dicere non dubitauit, castitatis possessionem firmã esse non posse, nisi temperantia adsit, ciborũque vsus parcissimus, vt, (quemadmodum ipse fatetur alibi) stomachum, potius quàm mẽtem dolere malimus, & crura, quàm pudici-

tiam

tiam vacillare. Quanquam ieiunitatis, & abſtinentiæ modus eſſe debet, vt idem vir ſapientiſsimus ſæpe ſuis in libris hortatur. Ocium verò inutile, vitamque inertem ab eo, qui pudicitiæ conſulere cupiat, longè abeſſe debere, vel is docuit, cui non adm dum chara pudicitia fuit, id quod perditis hominis moribus, infami exilio, obſcæniſque carminibus comprobatur. Quare inimici hominis teſtimonium magnifacere oportet, qui turpi, languidoque ocio ſublato cupidinis arcus dixit infringi, telaque omnia peſsimi, furioſiſsimique amoris interire. Sodomitæ homines, vt eſt apud Ezechielem, cùm ocio hebeſcerent in fœdiſsimum illud nefariæ libidinis ſcelus non adulti ſolùm, ſed etiam puſilli, & pene infantuli, quod eſt ſummè mirandum, deciderunt. Etenim iners, ocioſaque vita tam eſt ad flagitia vel diſcendâ, vel committẽda procliuis, quàm à virtutibus ſectandis, & cognoſcendis aliena. Nec ob aliam rationem ſacer Hieronymus Hebræam linguam, quæ difficillima eſt, ſummo cum labore didicit, quàm vt (nam hoc ipſe narrat) honeſtæ occupationis auxilio molliſsimis cogitationibus occur

(c) 2007 Ministerio de Cultura

reret,quæ innumerabiles influebant. Quid autem illa esse potest eiusdē Hieronymi narratione lepidius? cum enim cœnobij vigilantissimus quidam rector libidinis flammis vnū ex monachis sentiret accendi,pium calumniatorem illi opposuit,vt fratris mentem obiecti criminis dolore commoti à fœdis cogitationibus auocaret,annusque integer in accusatione ficta consumptus est,quo toto libidinis prælia quieuerunt. Meritò Tullius insano amore affectū virum ad alia studia,sollicitudines, curas, negotia abducendum esse censebat: locique mutatione tamquam ægrotum non conualescētem curari posse affirmabat. Libri vero inhonesti si legantur,quouis venено pernicioſiores erunt, propterea quod obscænus scriptor omnium horarum leno est, nulloque non tempore ad turpitudinem inuitat,mentemque puellarum,& adolescentū pestè inficit capitali. Ita fit,vt maior sit librorum,picturarumque pernicies, quàm hominum in libidine assentantium,aut eorum,qui literas amatorias conclusis dant virginibus, quòd sint turpissimarum voluptatum administri. Nam sæpe huiuscemodi internuntios, pes-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

peſsimoſque libidinis procuratores fallit opi nio, muneriſque ipſa deterret infamia: fitque ſæpe, vt nullum perinde fœmina oderit, atq; eum, à quo ſe ſentiat oppugnari. At verò laſci ui verſus ſua ſe dulcedine inſinuant, quibus le ctor captus, atque deuinctus mirandum in modum deprauatur. Nec ſolùm impudenter obſcœna fugere oportet, ſed etiam multò di- ligentius quæ tectæ fœditatis inuolucro in- genioſo decipiunt, quæ cum iuuenis perdidi cit, dictorum acumine allectus, atque oblecta tus animo ſemper, corpore cũ primũ poſsit, erit impurus. Mea quidẽ ſententia tã malè de republica merentur impudici autores, libro- rumque malorum venditores, quàm qui fon tes veneno inficiũt, vnde ſit hominibus quod bibant, hauriendum. In quo ſi grauiſsimo, ſa- niſsimoque quorundam conſilio obtempera tum eſſet, aliquam, quæ multis in ædibus nul la eſt, puellarum, atque adoleſcentum caſtita tem haberemus. Quod enim naufragium fi- dei ſenatorum edicto ſuſpectæ doctrinæ li- bri fecerunt, idem laſciuis carminibus, ficta- rumque rerum ſcriptoribus, quibus multis Hiſpani abundant, commune eſſe debuiſſet.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Itaque pudicitiæ deditum ab autorum delicatulis sententijs, sceleratissimisque comœdijs abhorrere, necesse puto, eosque tantum lectitare, qui sint & graues, & honesti. Orationé vero Latinam sine his (audeo dicere) facient pleniorem nostri iuuenes, hoc enim Societatis Iesu præceptores iam pridem declararũt, qui quanquam pueris inhonestum nullum autorem interpretantur, tamen eloquentes habent discipulos, nemoque ex illis Terentij, Martialisque cognitionem requisiuit. Ad hos enim, nisi purgatos adire iuuenis prohibetur, & tamen neque propriæ, emendateq; locutionis, neque poëticæ eruditus ignarus. Quare laudandus Plato est, qui è sua republica poëtas eiecit. Lateranense que concilium seuerè præcipit, ne magistri ex priscorũ libris, recẽtiũve quicquã à suis discipulis legi sinãt, quod aut pietati, aut bonis moribus possit officere. Non est prætereundus Xenophõ, qui Sophistas puerorum, quos erudiebant, animos libris inhonestis corrumpentes vehemẽter accusat, quos inter, & Philosophos hoc interesse dicit, quòd hi virtutem doceant, serioque commendent; sed illi voluptatẽ. Omnis

nis præterea est vestium ornatus mollior, atq; sumptuosior repellendus: dici enim vix potest, quantum is noceat castitati. Hominum, mulierumque familiaritas non solùm ex impendentis mali suspicione pestifera est, verùm etiam ex præsente iam rumore collecto, & fama detrimento. Quamobrem in hac re explicanda non ero longus, quam viri sanctissimi toties exponunt, dicunt, crebris sermonibus vsurpant, lugent, lamentantur: nosque quotidiana multorum ruina docet, qui vel cognatione, vel sanctitate freti labuntur, nec sibi solùm verùm etiam virtuti ipsi labem aspergũt, quæ difficillimè deleatur. Nil est moribus vtile, Christianisque conducibile, quod non verbis, & factis sancti nos viri docuerint, seueruſque Sulpitius scriptor grauissimus narrat exemplum in hoc genere singulare virginis tum castissimæ, tum abditissimæ, quæ se ita demum ab omnium virorum oculis remouerat, vt nec Martinum quidem sanctissimum, integerrimumque præsulem, à quo ipsa officiosè conueniebatur, admiserit. Nam Martinus admirandæ vitæ fama commotus, ad eam quæ inuisendam properans ingredi est prohibitus: præ-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

miſſeque famulam virgo dicitur, quę ſe apud beatiſsimum Pontificem excuſaret. At præſul mirificus à foribus virginis receſsit lętus, & alacer, raramque illam caſtiſsimæ puellæ cuſtodiam ſummis encomijs prædicauit: repulſamque illam ſibi glorioſam duxit, & nobis ſalutarem. Ergo illa ſuum antiſtitem non vitæ ſolùm, ſed etiam miraculorum gloria celebrem, apoſtoliſque ipſis prope parem repellere non dubitauit: tu, quem ſcelerum multorum damnat conſcientia, muliercularum conſpectum non perhorreſces? Martinus, quo nemo ſanctior, à mulieris pudiciſsimæ retractum ſe limine gaudebat, & fœminarũ commercijs, qui etiam ſine illis tuti eſſe vix poſſunt, delectabuntur? Quantum, Deus bone, à priſcis illis Chriſtianæ pietatis cultoribus diſtamus. Illi cum ſe fugæ, ſolitudinique mandarent, cum famem, inediam, rerumque omnium penuriam complecterentur, tamen vix ſe ab importuniſsimo pudicitiæ hoſte eripere potuerunt: multique illorum miſerrimi lapſus memorantur, nos verò victoriam conſequi poſſe ſperamus nullis armis inſtructi, nullo cautionis remedio muniti: cumque illi

lon-

longè ab inimico refugerent, timoremque ne abſente quidem hoſte deponerent, nos in ipſis monſtri immaniſsimi faucibus conſtituti ridemus, incolumitatemq; nobis ipſis amẽti ridemus, incolumitatemq; nobis ipſis amẽtiſsimè pollicemur. Vicioſorum conſuetudinem, choreas, ſaltationes, inhoneſtos ludos, turpia ſpectacula, cantus non viriles, impuritatiſque officinas omnes caſtitatis amator vitare debet, ne corpus, mentemque coinquinet, exiſtimationemque lædat ſuam, quę tum demum integra manet, cùm honeſtè viuitur, erumpunt enim neſcio quomodo, & illuſtrã tur, quæ turpiter, licèt clàm, & occultè perpetrantur. Satis multa dixiſſe me credo de ijs, quæ pudicitiæ incommodant, & obſiſtunt, vt illa fugere adoleſcentes poſsint: ſupereſt, vt illa perſequamur, quæ continentiæ proſunt, mentemque puram, mundamque efficiunt, quæ cum Chriſtiano puero monſtrata ſint, eaque ipſa fuerit amplexus, incorrupti pudoris, vel certè puri flore lætetur, angelorumque vitam carne veſtitus propemodum aſſequatur. Mihi quidem mente, & animo re media multa perluſtranti nullum cõmodius videri ſolet, vt cõtinentes eſſe poſsimus, quã quod

(c) 2007 Ministerio de Cultura

quod pia, supplex, assiduaque precatio suppe ditat, qua Deum, à quo bona cuncta proficiscuntur, nobis conciliamus, propitiumq; red dimus; cuius fauore qui nititur, nihil est, quod debeat formidare. Quamuis enim diui ni numinis inuocatio ad omnes virtutes obti nendas necessaria nobis sit, tamẽ hæc de qua loquimur, quoniam non sine difficillima, & pene dicam cruentissima dimicatione quæri tur, (quòd sint autore Augustino castitatis prælia omnium maxima) suo sibi iure quodã modo vendicat Dei exorandi munus, & offi cium, vt præsens esse velit, luctantique militi Christiano ferre subsidium, ne superior ma lus dæmon euadat, Christique seruum iugu let eo gladio, qui quò dulciùs in pectore defi gitur, eò plagam facit altiorem. Nos igitur vt vel insidias callidissimi hostis effugiamus, vel Marte aperto in nos inuadẽtem superemus, in cælum intueri necesse est, vnde veniet au xilium nobis, quod etiam fore certissimum, decet opinari. Solomon continentiæ donum à solo Deo præstari dixit, quæ illũ causa mo uit, vt ad precandum confugeret, seque totũ in Dei fauore implorando adolescens, bona-

que

que indole præditus collocaret. An est boni quicquam, quod non Deus homini tribuat? an virtus stabit vlla precatione sublata? est ne aliqua in Deo auaritia? quid vnquam se orantibus negauit? Ille, ille multò ante Dei obtestandi rationem, modumque edocuit, & verba præscripsit. An rogari non vult, qui vt roges imperat, & rogandi normam ostendit? Christiane adolescens, cuius petitur pudor, summum cæli dominatorem, amabò te, voca in auxilium, habeto precationis Dominicæ verba promptissima, & ne nos inducas in tentationem, cape ex hymnis Dauidicis versus mille, qui te & armabunt, & diuini amoris igne calefacient, vt amor amore tãquam clauus clauo pellatur. Illa vero conseruandi pudoris rectissima via est, quam religiosissimi quique sequuntur, non solum piè, assidueque precando, verum etiam diuinas res commentatione longi temporis agitando, quo ex munere subsidia castitatis multa desumuntur. Videt enim Christianus homo mentis oculo in præclaro, salubrique cõtemplationis ocio quàm leue, quàm contemnendum, quàm nihil sit omnino illud, ad quod noster nos appe

titus

(c) 2007 Ministerio de Cultura

titus inuitet,videt Chriſtum,quem iterũ cruci ſuffigere nefarium eſſet,videt cæli gaudia, quibus priuari non vult,videt beatiſsimã Dei matrem, tabernaculum Sancti ſpiritus, cuius admirandæ pudicitiæ iniuriam faceret, ſi ſuã contemneret,videt ſanctorum hominum cætum,à quibus ſe petit adiuuari , videt mortis ex improuiſo adorientis inſidias, & corporis quanuis pulchri deformitatẽ, ac vermes perhorreſcit , videt diei vltimi ſeueriſsimam , & maximè tremendam malorum animaduerſionem,videt inferorum pœnas aduerſus libidinem,cæteraque flagitia comparatas, videt deniq; æternum eſſe quod cruciat, vnius vero momenti(vti Gregorius dixit)quod delectat. Iam vero quanta ſit Chriſtiani hominis ſuum Deum alloquentis non fiducia ſolùm, ſed etiam lætitia , dicent profecto illi, quibus vſu euenit,vt cum ſuo Deo familiariter agant , tuque optimè adoleſcens , ſi te in hunc modum ad ſanctè philoſophãdum abderis,propediem vera eſſe cognoſces. Nilq; nos eſſe mentitos alacriter confirmabis.Quę ſunt igitur corporis voluptates præſertim obſcænæ, ac turpes cum animi caſti oblectamen-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

mentis comparatæ,quibus affluere ſolent viri boni,qui ſe ad vniuerſitatis parentem contulerunt?Equidem fateor,neminem ferè nō vri,tamen,qui ſe Deo commendant, quietæ pacis inducijs ſæpè fruuntur, bellorumq; intermiſsione gaudent, illi autem , quibus eſt perpetuò dimicandum, vires ex diuino colloquio reportant,roburque ingens , quo mali dæmonis potentiam paruipendunt, norunt-que tentationum generibus exquiſitis noua etiam, & inuſitata remedia opponere,nec vnquam miſericors ille Deus, & ſummè bonus maiorem,quàm vires ferāt,pugnam eſſe permittet,vt ſanctiſsimus Paulus affirmat, qui id in ſe ipſo fuerat expertus,cum carnis eum ſtimuli pupugiſſent.Raram ſanctiſsimus Auguſtinus eſſe cenſet formæ,pudicitięque cōcordiam,& merito. Nam ſi tuendæ integritatis curam deponūt qui aut pulchri ſunt,aut pulchra deamant,intereunt,atque occidunt, ſin autem inimico cedere nolunt, prælio moleſtiſsimo laceſſuntur,quam tamen pugnam ſegetem,& materiam diuinæ gloriæ ſancti,pijque homines eſſe arbitrantur.Etenim quamdiu inteſtino hoc prælio conflictamur, ſuppli-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

plices manus ad Deum tollimus, nos summiſ ſe gerimus, nil de nobis magnificum aut ſentimus, aut dicimus, arrogantiam, temeritatẽque fugimus, qui fructus eſt omnium vberrimus ex pudicitiæ pugna collectus, fieriq; vix poteſt, vt qui ſe à ſuperbia vinci non ſinat, ſuccumbat voluptati. Quare, metu, ſpeque certare oportet, aduerſus huiuſmodi hoſtem, nec eſt alterum ab altero diuellendum. Sola quidem ſpe niti temerarium eſt, cùm pene innumerabiles ſtulta confidentia deceperit, rurſus timore nimio affici, nocens, & pernicioſum, quia cùm timiditas ipſa præponderat, vires deficiunt, funeſtamque deditionem facimus, ipſeque præterea metus nos reddit ad vincendum tardiores. Præclarè cum illo agi, quem ab armis vacare carnis illecebræ non ſinat, boni autoris Euirati nos docet hiſtoria. Refert namque nobilis hic ſcriptor, & antiquus, piũ quẽdam, egregiumque hominem fuiſſe, qui in hoc poſitus duro certamine vitã ſibi acerbam duxit, cùmque munere illo, cui dabat operam, magis, magiſque ignem incendi, corroborarique ſentiret, (adultos enim viros, & fœminas ſacro fonte tingebat) recedere à tẽplo

(c) 2007 Ministerio de Cultura

plo ſtatuit,quem diuinus Baptiſta,cui Baſilica illa dicata erat,confirmaſſe dicitur dubiũ, & nutantem,vtque in officio maneret,præcepiſſe;verùm, cũ non multò poſt viſa pulcherrima muliere ſibi timeret,aufugit,quem egredientem ſanctus Baptiſta reuocauit, ſignoq; crucis adhibito corpus boni præsbyteri armauit inquiens,carnis tibi deinceps prælia nõ erunt,ob eamque rem præmium , quod caſtis,viriliterque pugnantibus tribui ſolet,minimè adipiſceris.At eſt(nã hoc dicet aliquis) cùm moleſtiſsimum, tum verò periculoſiſsimum,tot,tantiſque quaſi titillationibus deliniri,quibus non decipi aliquando, furtimque aſſentiri,difficillimè poſſumus.Nos iſta libenter dabimus,ſi te ipſe non corrigas,ſi curationem nullam adhibeas,ſi membra fame, vigilijs,verbere,cilicioque non atteras.Nemo ſiquidem aut peccat inuitus,aut ſobrius non reſiſtit.Fieri quidem poteſt,vt iſta pugnę difficultas non tam à corpore exiſtat tuo,quàm à malitioſo tetroque diabolo, qui te inauditis artibus capere,ligareque optat, quo tempore ad tuæ animæ medicum cõferas te velim,quẽ virum bonum,ſapientem,exercitatumque eſ

(c) 2007 Ministerio de Cultura

ſe oportet, qui tibi profecto conſulet, ſananque morbi rationes indicabit. Cùmque viris & optimis, & maximè doctis abundemus: nollem, vt ei te committeres, cui ſanctitas, & doctrina deſit, ne ſi cæcus cęcum ducat, vterque hallucinetur, & in periculoſam foſſam delabatur. Iniquiſsimè comparatum eſſe Tullius dolet, vt in morbis corporis, vt quiſq; eſt difficillimus, ita medicus nobiliſsimus, atque optimus accerſatur, in periculis autem capitis, vt quæque cauſa difficillima eſt, ita deterrimus, obſcuriſsimuſque patronus ſoleat adhiberi. Quam eloquentiſsimi oratoris querimoniam ad multorum, qui nunc viuunt, accuſationem transferre poſſumus, qui ſacerdotum ignoratione, imprudentiaque abuuntur ad ſcelera nutrienda. Qui eò acerbius tractari à me deberent, quò maior eſt bonorum, & ſapientium copia, qui nil vnquam nec iniuſtè, nec crudeliter ab ijs, qui culpas aperiunt, extorſerunt. Igitur, vt eo me referam, vnde egreſſus fui. qui ſe inuſitata libidinis face vrgeri, cremariq́ue intelligent, ex grauiſsimis, religioſiſsimis, humaniſsimiſq; viris, qui multi inueniuntur liberaliſsimo quodam diuinæ

bo-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

bonitatis dono tributi, vnum aliquem deligant, cui ſe commonſtrent, atque ſubdant, quæque ille ſtatuerit, faciant, eoque nauis gubernatore vtantur, in mari, quod eſt freto, Euripoque difficilius, tranſmittendo. Intemperantię præterea vim frequens confeſsionis, & Euchariſtiæ vſus præclarè comprimit, veluti nos egregius ille docet Pij V. ſummi, admirandique Pontificis iuſſu editus catechiſmus ex Tridentinę Synodi decreto, in quo eſt libro Chriſtianæ pietatis, ſolidæque ſcientiæ ingens gaza recondita, habentque ſine vlla diſputationum ſerie lectores grauiſsimas, vtiliſsimaſque ſententias, quas autor miro dicendi condiuit charactere. Eſſe autem firmum, mirabileque præſidium in confeſsione, & ſacra menſa poſitum, iam antea diſſeruimus, nunc clariſsimi Auguſtini exponenda ſententia eſt, qui conſtantiſsimi Laurentij incredibilem illam, celſam, admirandam, robuſtam, ſtabilemque fortitudinem Chriſti corpori, quo Laurentius veſcebatur aſsidue, referri acceptam, noſque viciorum flammas extinguere poſſe credamus illo adhibito remedio, cuius vi, atque efficientia pugil ſtrenuus, Hiſpaniæque

(c) 2007 Ministerio de Cultura

decus tormentorum incendia superauit. Postremò hortandi mihi sunt castitatis amici, ne solùm tuendæ, conseruandæque pudicitię curæ implicentur, verùm vt etiam virtutum cæterarum imploret auxilium. Quid enim ad castitatem verecundia commodius? quid temperantia melius? quid fortitudine præstabilius? quid vitę innocentia conducibilius? quid patientia vtilius? quid charitate aptius? quid sollicitudine laudabilius? quid labore, honestaq; exercitatione conuenientius? quid denique animi in omni re moderatione salubrius? Quare pudicitiæ non illa solum nocere cẽsenda sunt, quæ cum ipsa belligerant, ocium, alea, vinũ, luxuries, gula, lasciuia, epulæ, delitiæ, vestium ornatus, mulierum contubernia, cantilenæ, saltatio, libri turpes, sed etiam quæ ab inferenda castitati iniuria videntur abesse longè, velut exitiosa, fugienda sunt, neque aduersa fugere necesse est statim, si non primo impetu, at breui quadã animi flexione castitatem polluant. Atque haud scio an diligentius huiusmodi hostes fugiendi sint, qui cum reliquis virtutibus bellũ funestum, & nefarium habeant indictũ, vnique pudicitiæ parcere velle præ se ferant, ta-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

men ſecuritate ipſa quæ fallax, & captioſa eſt, perniciem multò peiorem ipſi pudicitiæ machinantur. Sit igitur ambitio procul, acerbitas morum, inuidia, contentio, cupiditas, iracundia, fraudatio, impietas, odium, loquacitas, arrogantia, leuitas, iniquitas, ſtultitia, perfidia, dolus, inconſtantia, contumacia, & cæteræ animorum peſtes, à quibus caſtitas læſam ſe ſæpe, vulneratamque fuiſſe lamentatur. Vt vicijs omnibus libera eſſe debet pectoris domus, ita virtute nulla vacare. Itaq; adhibenda eſt præparatio diligens in gemma tuenda pudicitiæ, quam fures inſidijs, incurſu latrones, vi hoſtes, fraude inimici, caſu domeſtici, impotentia familiares, iniuria propinqui, dolo iniqui, lapſu boni, conſuetudine praui, culpa omnes, flagitio plurimi conantur eripere. Domi teneamus ſeptã liberali cuſtodia, vtque filiam vnicam tueamur. Nuſquam alibi tam eſt circunſpectio neceſſaria. Nulla ſe virtus conſtipantium exercitu munit ampliore. Vt enim qui multos timent, à multis ſe in itinere cuſtodiri, cingique volunt, ne ab inimicis occaſionem, tempuſque aucupã-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

tibus opprimi possint, si nudi, parumque co mitati incedant, ita propemodum qui vir, aut fœmina voluptatis despicientiam perfectam habere cupit, tetramque, & horribilem libidinis pestem optat effugere, virtutũ om nium comitatu se munit, & firmat, vt si forte hostis cuncta obseruantis, & speculantis incursu petatur: arcere vim illam possit, & feliciter propulsare. Sequitur illa pars ampla, quę pudici hominis laudes decantatura est, vt adolescentes, quos ferè pulchritudo mouet, atque incitat, virtutis huius formam, & decus admirati ad eam amandam, & arctè complectendam rationis consilio ducantur, corporisque vilem, & abiectam voluptatem pro nihilo habentes pudicitię cõiugio, in quo plenissima, honestissimaque insunt gaudia, delectentur. Sed cælesti huic virtuti, angelorumque germanæ quæ potest par oratio inueniri? Rhetorum hic campus est, nec sterilis, nec angustus. Pudicitia pectus ornat, leges obseruat, cunctorum beneuolẽtiam allicit, morientes consolatur, afflictos erigit, defunctos laudat, cælum assequitur, pacis est alumna, literarum sedes, virtutum do-

domicilium, ciuitatum gloria, regnorum trã quillitas, religionis tutela, Christianæ legis au toritas, virginum laurea, continentiæ vita, fa- mæ cuſtos, tuba vetuſtatis, ſuſpicionis fuga, poſteritatis lumen, medulla honeſtatis, certa minum, & contentionum palma immorta- lis. O caſtitas vitæ dux, & morum magiſtra, quid de te dicam, quavè ratione colluſtrabo? Tu Deum ex cælo in mundum deuocaſti, tu eundem virginali vtero condidiſti, tu naſcen tem prima vidiſti, tu fame, frigore, ſiti, æſtu, milleque iniurijs affectum recreaſti, tu agẽti animam aſtitiſti, tibique Dei excellentiſsima parens hæreditario iure relicta eſt, dulcique ſomno in Chriſti ſeruatoris noſtri ſinu quie- uiſti. Magna pudicitiæ laus, quæ lapſum, per- ditumque orbem reſtaurauit. Nam cum diu, & multum vnigena Dei filius mortalium ſa- lutem diſtuliſſet, quòd hominum fœdiſsimę, flagitioſiſsimæque veneri eſſet infenſus, ta- men vbi caſtiſsima, integerrima, puriſsimaq; Ioſephi etiam continentiſsimi ſponſa in ter- ris eſt viſa, nil fuit quod Dei filium remora re tur amplius, generiſque humani remedium impediret. Chriſti vero noſtra iam debili car

(c) 2007 Ministerio de Cultura

ne induti, eiusque sanctissimæ matris continentiam non vnus, aut alter, sed innumerabiles viri, ac fœminæ tenuerunt. Et cùm multa sint, quæ legem Christianorum sanctissimam esse testentur, tamen illa, quibus docemur, vel cogitatum adulterium esse vindicta, supplicioque dignum, quanquam nec re, nec voce tentetur, solamque impuræ mentis consensionem turpem esse habendam, manifestè aperiunt nostras esse sanctiones ex diuina mente delibatas. Quare non immerito diuinus ille augur cecinit, summi dominatoris legem esse immaculatam, quæ animorũ corrigat prauitates. Quàm sit res præclara castitas, libidinis turpitudo demonstrat, cuius vel obscænissimos pudet, qui latibula, & lustra quærunt, vt belluinam rabiem explere possint. Huius præterea sceleris magnitudo ex supplicij seueritate perspici potest, cùm ob vnius libidinẽ non solùm qui scelus admisit, sed vniuersa interdum ciuitas, vt de Sichimitis legimus, destructa esse reperiatur. Multa diuinæ animaduersionis exempla in sacris literis inueniuntur, vt est Sodomæ, & finitimarum vrbium interitus, Iudæorum, qui cum Moabiticis fœ

mi-

minis corpus turpiter miſcuerunt, graue ſup-
plicium, Beniamitarũ occaſus, & ruina, quos
ſtupri fœditas internecione deleuit. Sed quod
eſſe maius poteſt, quam mũdum vniuerſum
aquis pleniſsimis inundaſſe, elluuioneque de
ſtructum fuiſſe, quod luxu, inertiaque molle
ſceret, diuiniq; homines, quos Dei filios Mo
ſes appellat, ſuæ dignitatis obliti mulierũ for-
ma caperentur? Age precor bone adoleſcẽs,
& quæ ſum dicturus, trade memoriæ. Non te
libidinis monſtris terrebo, quæ multa ſunt,
non te nefariæ turpitudinis infamia à peccan
do depellam, non tibi, quæ impendeant adul
teris pericula, quæ incæſtis ſupplicia debean-
tur, quæ virginum corruptoribus conſtituta
pœna ſit, quæ ſcortatores mala circumueniãt,
qui libidinoſos morbi debilitent, commemo
rabo. Hæc enim flagitia ſua ſe grauitate com
monſtrant, eaque tibi inuiſa fore confido; illa
tantum dicere cupio, quæ te circunſpectum,
& cautum poſsint efficere, ne blanda, fallaci-
que deceptus ſpecie laqueis amoris implice-
re. Nam hæc animi affectio ſæuiſsima eſt, atq;
vehementiſsima, exitumque habet amarum,
funeſtumque & læta principia, nec læta ſolũ,

(c) 2007 Ministerio de Cultura

ſed ita ſecreta, doloſa, inuoluta, tacita, & quaſi vulpina, vt vel prudentiſsimi corruant, qui ſane poſteris mira cautionis, ſanctæque formidinis ſuo lapſu documenta reliquerũt. Amor (ſic enim vulgo appellatur) non illorum ſolùm, qui venereis rebus vtuntur, ſed eorum etiã qui ſe coërcent, pudiciq; eſſe deſiderant, vel improbiſsimus vel certè importuniſsimus eſt habẽdus. Alteri enim flagitioſi iã ſunt, alteri nõ procul abſunt à ſcelere, qui licet ſe perpetuò contineant, quod eſt difficile, tamẽ anxij, ſolicitique viuunt, vt ait Tullius, inflammatique animi miſeram ſuam ægritudinem ſuſpirio, lachrymis, gemitu, cantu, carminibuſque produnt, parumque, aut nihil omnino abſunt ab inſania. Intolerandos dolores, & pœnarum cruciatus amatores perferunt, menteq; cæci, quæ pœnarum grauiſsima eſt, neque Dei, neque famæ, neque dignitatis, neque filiorum, neque vitæ rationem habent, inutileſque, atque adeò nequam effecti, nil graue tractare poſſunt, nullique egregio muneri vel idonei, vel pares inueniuntur. Iam verò quanta morum, quamque infelix mutatio ſequatur ipſos amantes, Dauidis, Salomoniſque

(c) 2007 Ministerio de Cultura

que exemplo declaratur, quorum alter poſt adulterium repente ſui diſsimillimus eſt factus, & ex mitiſsimo ſummè crudelis, qui Vriã optimè de ſe meritum in mortem immiſit, alter cum ſe totum in libidinem effudiſſet, veræ religionis, quam auxerat, & propagarat, oblitus Deos alienos adorauit. Quæ ſeruitus odioſior? quę tyrannis durior eſſe poteſt, quã impudici amoris? Eò ſæpe veſanię viri & ante illud tẽpus prudẽtiſsimi, & in ampliſsima familia nati deueniũt, & prolabũtur, vt ipſis muliercula imperet nec grauis, nec clara, nec diues, nec (quod eſt multò admirabilius) pulchra, legeſq; imponat, præſcribat, vetet, & iubeat, quod videtur, ad cuius ſe nutum miſerrimi ſerui cõuertunt, nilq; imperanti, ſeq; huc, & illuc verſanti audent repugnare: nam ſi poſcit, dant, ſi vocat, veniunt, ſi eijcit, abeunt, ſi minatur, extimeſcunt. Hoſce non modo captiuos, & ſeruos, ſed nequiſsimos ſeruos, quãquam nobiliſsimis ſint orti parentibus, ille, cui & philoſophorum exedræ, & fori ſubſellia multum debent, eloquentiſsimus Cicero nominauit. Hanc tu adoleſcens optime ſeruitutem non deprecaberis? non effugies? animiq; pa-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

pacati, & tranquilli libertatem non amabis? te ne Sanſone putas fortiorem, quem puella Palæſtina non tam quòd importuna fuerit, quã quod amata conſilio priuauit, & viribus? Rege illo potentiorem cuius, vt Eſdras vir grauiſsimus eſt autor, itemque Ioſephus, Apemes concubina ſorte, conditioneque multo inferior faciem manu cædebat, diademaque quotieſcunque vellet, auferebat? Sanctiorem Andrea Fundanæ ciuitatis Epiſcopo? cuius animum cognatę virginis amor incendit, eoque ſenſim deducta res eſt, vt palma leniter puellæ dorſum Pontifex tangeret, qua ex re malus dæmon, vt ſanctiſsimus Eccleſiæ doctor narrat Gregorius, plus gaudij cepit, quã ex prouinciarum, gentiumque barbararum incendio, & vaſtitate? Tu vt dæmoni placeas? vt te ipſe non ſerues? vt amori turpiſsimo indulgeas? vt caſtitatem, quæ te his malis libera re poteſt, negligas? vt pectus ſanctiſsimæ Trinitatis domicilium cupidinis iaculo vulnerari permittas? Nil tibi durum, & aſperũ videri debet caſtitatis mercede propoſita: ſummũque nefas exiſtimauit eſſe Satyricus, pudori vitam anteferre. Quàm acriter pro pudici-

tia

(c) 2007 Ministerio de Cultura

tia dimicandum ſit, illuſtriſsimis ſanctorum hominum exemplis declaratur. Benedictus libidinis ſedandę cauſa vepres, ſpinaſque adhibuit, gelidiſsimum lacum Bernardus non refugit, Euagrius in puteum deſcendit, fuit qui lucernæ manum adiungeret, alijque alio remedij genere duro, ſed ſalutari libidinis appetitiones mitigarunt. Nimirum prudentiſsimis, optimis, integerrimiſque viris non erat tanti firma corporis valetudo, vt tuendæ ipſius ratio pudicitiæ incolumitatem tollere debuiſſet. Quanti ſit hæc olim æſtimata virtus, quã Deo, hominibuſque chara fuerit, plurimis hiſtorijs patefiet. Philippi Chriſti diſcipuli filias virgines Deus immortalis vaticinio decorauit, cẽſet Hieronymus Sibyllarum virginitatis præmium diuinationem fuiſſe, Iudithi ad vincendum Holofernem pudicitia gladium & arma porrexit: Malchum ſolitariæ vitæ deſertorem, captumque à Sarracenis caſtitas & ab interitu, & à ſeruitute vindicauit, interque ſuos emori fecit: mulierem ictam ſepties, cui falsò obijciebatur adulterium, innocentia ipſa defendit, hebeſcere enim gladius ille ſemper eſt viſus, quem lictor in fœminam ca-

caſtiſsimam manu forti vibrarat. Ad abbatẽ Ioannem ſanctimonia, & mirificarum rerũ laude excellentem à prauo dæmone agitatus quidam deductus fuiſſe narratur, cui tamen ſanctus anachoreta mederi non potuit, ſed vir quidam, qui forte aderat, ſaluti fuit, oppreſſumque hominem liberauit: admiranti monacho Ioanni ſanctiſsimo, & cur ita res accidiſſet, ſcire cupienti indicatum eſt, cælituſque reſponſum, hominem illum veſte, & conditione profanum iam annos vndecim cum vxore viuere continenter, quare non mirum eſſe debere, vt eam mentis munditiam nequitiæ, fœditatiſque artifex non tulerit, victuſq;, & perterritus tandem aliquando ceſſerit. Romanus populus (ne ſemper Chriſtiana commemorem) quanto in honore virginale decus habuerit, hinc apparet, quòd imperatores, conſules, quique triumphos ſplendidis inuecti curribus agebant, Veſtæ virginibus de via cedebant, faſceſque, & maieſtatis inſignia pudicitiæ ſubmittebant. Antiquorum leges à caſtitatis commẽdatione duxêre exordium, deoſque ab hominibus caſtè adiri voluerunt, eaſque ſanctiones interpretatur, cenſetq;

(c) 2007 Ministerio de Cultura

ſetque Tullius ad corporis,& animi caſtimoniam pertinere Marius ne militem habere voluit niſi pudicum , Bonæ Deæ antiſtites caſtos eſſe oportebat,Dianæ illæ tantum fœminæ ſeruiebant,quarum virginale decus extaret incorruptum.Quid? quòd etiam qui thuris percipiendi curam gerebant, continentes eſſe iubebantur.Omitto caſtum,purum,vigilantem,ſobriumque animum ad ſcientiarum peritiam eſſe paratiorem,ob eamque rem tragicus Diogenes olim , multiſque ſęculis poſt Henriquus Ioannis clariſsimi Luſitanorũ Regis filius veneris vſum abieciſſe memoratur. Iam vero corporis voluptate vires eneruari quis neſcit? Quod cum minimè ignoraret Icus & Amocus contentionum,certaminumque tempore cùm cætera vicia, tum maximè libidinem refrenarunt.At eſt,inquies,paucorum virorum iſta,quam laudas. Vtinam recẽſere tibi poſſem hominũ multitudinẽ , quorum caſtæ,integræque mentes nullam libidinis culpam toto vitæ tempore ſuſceperunt. Vt enim Eliam,Eliſeum,Hieremiam, Danielem,Ananiam,Azariam,Miſaelemque præteream : poſt Chriſti aduentum tam multos non

(c) 2007 Ministerio de Cultura

non ſolùm caſtos, ſed etiã illibatos fuiſſe con ſtat, vt eos capere non poſsit oratio: multique noſtro hoc tempore vitam degunt, in angu-liſque deliteſcunt, quorum perfecta, abſolu-taque integritas illa die cernẽda eſt, qua ſunt occultiſsima quæq; in lucem, & aſpectũ pro-ferenda: nec fœminis ſolùm, ſed etiam mari-bus, quorum eſſe ſolet maior impuritas, virgi nitatem cordi fuiſſe conſtabit. Quam eò libẽ-tius multi ſeruant Chriſticolæ, quòd videant veritatis magiſtrum cõſilio magis ingenuo, & liberali eam nobis commendaſſe, quàm le-ge ſeuera præcepiſſe. Qui poteſt, inquit, cape re, capiat, quæ ſanè Chriſti lenitas, & modera tio celſo animo præditos viros vehementer mouet, vt Chriſti, apoſtolorumque ſimiles eſſe cupiant, caſtaſque nuptias, quæ argenti inſtar obtinent, virginali continentiæ, quam auro metallorum præſtantiſsimo ſancti do-ctores ſimilem eſſe dicunt, non inuiti poſtpo nant. Vinum autem generans virgines à San-cto propinatur Spiritu, qui ſuorum obliuiſci non ſolet, ſperareque proinde poſſumus, ra-ram hanc, admirandamque virtutem etiam nunc tribui, præſtarique non paucis, vt naſcẽ-

tis

(c) 2007 Ministério de Cultura

tis Eccleſiæ heroas illos moribus, & vitæ candore quoad eius fieri poterit, imitentur, felixq́; illa caſtiſsimorum ætas quodammodo reuireſcat. Quam multæ fœminæ ex his, quæ Chriſtum minimè nouerunt, caſtitatem amplexę fuerint, eo in libro docet Hieronymus, qui eſt aduerſus Iouinianum, vbi lector virginum plurimarum exempla reperiet, quæ occidi, quàm fœdari maluerunt. Nec verò timere oportet, ne per vim eripi pudicitia poſsit, cuius ſe Deus fortiſsimum præbet defenſorem. Pro Agnete dimicauit angelus tracta in proſtibulum, Agatham tutatus eſt Deus, cuius animum Aphrodiſia infamis fœmina depraua re cupiebat, Luciã, ne in lupanar traheretur, Sanctus ſpiritus fecit immobilem. Petronillã Flacci comitis nuptias execrabiles recuſantẽ tempeſtiua mors ad cæleſtem thalamum miſit. Daria in meretricum domum impuriſsimam compulſa tutela leonis à contumelia diuinitus defenſa eſt. Quid multa? nulla dæmonis obeſſe ars poteſt ei, qui verè Deum colat, id quod diabolus ipſe Cypriano reſpondiſſe fertur, Iuſtinam fœminam caſtiſsimam veneficijs, & ſorti legijs à pudicitiæ propoſito de-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

ducere cupienti. Magna religioſæ caſtitatis vis, cuius potentia vel à dæmone prædicatur. Sed ne forte obijcias, pudicitiam à viris ſplendidis non amari, Henriqui Imperatoris ſummi narrabo continentiam, qui vxorem ſuam pro ſorore habuit, ſeruauitque intactam, moriensque teſtificatus eſt, talem à ſe coniugem relinqui, qualẽ accepiſſet. Edeltrude Anglorum Regis filia duos potẽtiſsimos principes, quibus diuerſis nupſit temporibus caſtos ſecit, & maritali ſpecie continentes. Quid Hiſpaniæ noſtræ decus Alfonſus rex? cui caſtitas cognomen dedit, quem perhibent hiſtoriæ cum fœminis contraxiſſe nihil, ſeque & ab alienis, & à propria continuiſſe: vt minimè mirandum ſit, angelos, qui puræ quædam ſunt mentes, omnique concretione liberæ, crucẽ Alfonſo, cuius perſtudioſus erat, fabricaſſe. Noſtra verò ætas caſtiſsimi cuiuſdam principis exemplo felix nominari poteſt, qui cũ fœminis non modo non loqui, ſed ne in ipſarũ faciem ſolet intueri. Quare, Chriſtianæ puer, quæſo, ne tam ſublimis, ſplendidæque virtutis te capiat obliuio, reuoca in memoriã quos fructus ex ſe gignat, & pariat, quibuſque ea artibus

(c) 2007 Ministerio de Cultura

tibus comparetur. Ad hanc florentiſsimam, pulcherrimamque palmam aſpira, in hac te paleſtra conſuetudo exerceat, nilque non efficе, vt vel virginei, vel certè pudici hominis præmium aſſequaris. Omnia inquit ſacer Hieronymus, præclariſsima facta corrumpi, ſi caſtitatis cingulo careamus. Quæ ſi animaduerterent imperatores, & duces, qui ſe fortes haberi volunt, non tam glorioſam ducerent de inimicis partam victoriam, quandiu ſe ipſi nõ vincunt, languidiſque voluptatibus deliqueſcunt. Bernardus felicitate, non virtute hominem pudicum, & angelum differre dixit. Antiqui patres in ſuis illis controuerſijs, quas pietatis cauſa ſuſcipiebant, in eam ſententiam cõ ſenſerunt, dignius, beatiuſque eſſe de carne propria triumphare, quàm immundos ſpiritus ab alienis corporibus præcipites exturbare. Diſſertiſsimus vero Cyprianus, idemque ſanctiſsimus pudicitia nobiles ornari dicit, humiles extolli, clarere ignotos, honeſtari viles, mœrentes recreari, pulchritudinem augeri, religionem nobilitari, crimina imminui, merita excreſcere, ſummique Dei amicitiam conciliari. Quid moraris? quid dubitas? quid am-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

plius expectas? Tecum loquentem pudicitiã auſculta, quæ omnium poſtrema, vt caſtus eſ ſe velis, orabit. Chriſtiane adoleſcens quid a-gis? Tu ne poſt tot admonitiones, & præce-pta mihi non ſeruies? tu libidinem infamiæ pa rentem, iuuentutis perniciem, ſanctitatis rui-nam, bonorum labem, rationis inimicam, ma giſtram fraudis, inferorum ianuam, vrbiũ in-teritum, ſcelerum diuerſorium, egeſtatis alũ-nam, morborum cauſam, proditionis matrẽ, inſaniæ ſociam, patriæ peſtem, domorum iur gium, calamitatum fontem, deſperationiſque puteum adamabis? Tu voce, tu cogitatione delinques? tu ſi non factis, at tacito cordis affe ctu, obſcænæq; voluptatis vmbra peccare au-debis? non libidinem vt venenatam aliquam beſtiam execrabere? ob repentemque turpis facti cogitationem priuſquam mentis, & con ſenſionis arcem occupet, amputabis? vt qui veneno attacta membra ſecant, & vrunt, ne malum ſerpens ad cor delapſum inſanabile fiat, eaque hominis parte poſſeſſa de ſalute diffidatur. Quid tandem impedit te? humana imbecillitas? At tibi remedia multa monſtra-ta ſunt, quibus te aduerſus hoſtem erigas, & cor-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

corrobores. Contubernalium nequitia? At plurima ſunt timidis, & ſibi cauentibus ſiue domorum, ſiue ſociorum, ſiue magiſtrorum conſtituta perfugia. An timor inuidiæ, populique in te vnum ſpectantis, quòd ſis potens, & inclytus linguæ loquaces? Præclaram verò gratiam inſtitutori refers, qui te ad religionem, pietatem, verecundiam, & caſtimoniam erudiuit, rudemque infantulum ab ipſis incunabilis docuit, perque omnium virtutum gradus ad ſummum Chriſtianæ celſitudinis culmen efferre conatur, ſi propter leuium quorundam rumores, fictaſque fabulas te ipſe iugules, flammiſque ſceleratiſsimis inardeſcas. Sed quæ tandem eſt iſta vecum, maledicentiæque formido? Num vehementius hominum riſum, quàm Dei iram pertimeſcis? an cum animus torquebitur apud inferos tuus, libidoque punietur, non incendium illud grauius eſſe intelliges, atque experieris, quàm quod inuidia, paucorumque rumor tibi in præſens exuſcitet? Animaduerte, precor, quid in me Germania, Pannonia, Anglia, & Gallia moliantur: vide, quàm me procul non impij modo ſed

(c) 2007 Ministerio de Cultura

etiam qui ſe probos haberi volunt, exterminent, conſidera aliorum apertam impudentiam, aliorum callidam, occultamque perfidiam, & vnà mecum luctuoſam hanc ſortem lamentare. Video quàm pauciſsimos in Chriſtianorum numero, quibus mea venuſtas chara ſit, & ſancta ſocietas. Video illos à fide turpiter, & ignominioſè deficere, qui mea caſtra, militiamque ſecuturos ſe eſſe, voto, & ſacramento confirmarunt. Meque longe grauius exulcerat intimi vnius periurium, quàm mille bacchantium hæreticorum libido profuſa, quibus me eſſe inuiſam glorior, propterea quod qui ita viuunt, non aliter atque illi loqui, de meque opinari poſſunt. Vnum in tantis ęrumnis præclaræ puerorum inſtitutionis reſtat ſolatium, quo ſi priuor abs te, dolore, & lachrymis conſeneſcam. His pudicitiæ vocibus ſanctiſsimis quod reſpondeas nihil habes, quare probe adoleſcens, hæc, quæ nunc caſtitatis ſemina iacimus, in pectoris tui fertili ſolo reconde, ſpero enim futurum, vt vberes ex tali meſſe manipuli legantur, cumque exemplo ciues, honeſtate cælum, doctrina pectus ornaueris, illam in vitam

(c) 2007 Ministerio de Cultura

tam ingrediêre, quę nullis circumſcripta
terminis Dei optimi maximi
æternitatem exæ-
quabit.

FINIS.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

INDEX CAPITVM, & exemplorum libri primi.

Quãta ſit vis educationis in vtrãq; partẽ. Pa. 15.
Exempla primi huius capitis. pag. 19.

Diuina.

De Heli. 19
De Roboano. 20
De Ioa. 21
De Tobia. ibidem

Chriſtiana.

De S. Benedicto. 22
De diuo Marcello. 23
De Euſebio. ibidem
De ſancta Felicitate. 24
De Theodoſio Imperatorẽ. 25
De Meropio Philoſopho. 26
De Nereo & Archilleio. 29
De quodam puero. ibidem
De S. Baſilio. 30

Externa.

De Lycurgo. 31

D-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

de Dionyſio tyranno. 31
de filia Herodiadis. 32
de quodam iuuene Eretrienſi. 33
de Maximiano Imperatore. 34
de Etheocle Spartano. 35
de Alexandro. ibidem.

Naturæ.

De Aſpide. 36
de Aquila. ibidem.
de Dracone. 37
de Elephantis. 38
de Canibus duobus. 40
Mirum de Cane. 41
de Pſitaco. 42.

Noua.

De pueris Indicis. 43
de pueris Germanis. 48
de Collegio Germanico. 50
Cap. II. Quomodo educandus, docendusve puer ſit, qualeſque præceptores, & pædagogos eſſe oporteat. 55.

Exempla huius capitis.

De ſancto Ioanne Euangeliſta. 58

(c) 2007 Ministerio de Cultura

de quodam Anachoreta. 61

Externa.

De Spartanis. 63
de Perſis. 65
de Priſco Romanorum ſæculo. 67
de Iulio Cæſare. 70
de Cycone Troadenſi. 71
de Verreio Flacco. ibidem.

Naturæ.

De Ceruo. 72
de Luſcinijs. ibidem.

Noua.

de quibuſdam Latinæ linguę magiſtris. 73
Cap. III. Magiſtros alteros eſſe parentes eoſque multò vtiliores. 75

Huius capitis exempla.

De ſancto Leandro. 76
de quodam puero. 77
de Alexandro. 78
Cap. IIII. Docendæ iuuentutis labor reipublicæ vtiliſsimus eſt, ipſiſque præceptoribus ſummè glorioſus. 78

Exempla huius capitis.

De

(c) 2007 Ministerio de Cultura

De diuo Paulo. 80
de Philippo Macedonum rege. ibidem.
de Paulo AEmilio. 81
de Apollodoro. 82
de Lycone Troadensi. ibidem.
de Marco Antonio. 83
de Orbilio. ibidem.
Cap. V. Parentum accusatio, qui liberorum honestam educationem vel negligunt, vel, quod est multò scelestius, impediunt. 48
Exempla huius capitis.
De Spartanis. 89
de ijsdem Spartanis. 90
D.M.P. Catone. ibidem.
de quibusdam fœminis. 91
de Horatij Libertino patre. ibidem.
Cap. VI. Improbi institutores arceantur. 93
Exempla huius capitis.
De Camillo. ibidem.
de quinto Cæcilio. 94
de quinto Rhemio. 95
De honesta educatione continens oratio. 97

Libri secundi de præclara pueritia, nouæque æta-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

ætatis defenſione. Caput. I.
De ijs, quæ per pueros diuina bonitas efficit ſingulari, & cœleſti ratione.
Exempla huius capitis.
Diuina.
De Iſaaco. 125
de Dauide. 126
de Propheta Hieremia. ibidem.
de Dauide. 127
de Machabæo puero. ibidem.
de ſanctiſsimo Ioanne Baptiſta. 128
de Moſe. 129
Chriſtiana.
De puero in cælum rapto. ibidem.
de ſancto Nicolao. 130
de quodam puero. 131
Mirum de puero. 132
de puero Bubulco. 133
de Muſa puella. 134
de puero Iudæo. 135
de puero à Iudæis in crucem acto. 137
Cap. II. De ijs, quæ pueroaum generoſa indoles efficit Dei tamen fulta præſidio. 137

Di-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

& exemplorum.

Diuina.

De Ioſepho. 138
de Ioſia, ibidem.

Chriſtiana.

De Athanaſio. 139
de pueris Gallis. 140
de Vrſino Fabio. 141

Externa.

De Alexandro. 143
de AEmilio Lepido. 144
de Catone. ibidem.
de Octauiano Auguſto, & Tiberio. 145
de Papyrio. 145
de filio Quintiliani. ibidem.
de Hyrcano Iudæo. 147
de Antonino Philoſopho. 148
de Cyro Perſarum rege. 149
Cap. III. De beſtiarum quarundam manſue
tudine in pueros. 150

Exempla huius capitis.

De Leone. ibidem.
de Delphine. 151
de Elephanto. ibidem.

Cap.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Cap. IIII. Pueros minimè esse negligendos, & si paruuli sint, quod in minimis etiã corpusculis magna sæpe virtus insit: id quod exẽplis huiusmodi comprobatur. 152

De Remora. ibidem.

de Perdicis pullo. 153

de Hirundine. ibidem.

de quodam piscículo. 154

de Floro. ibidem.

de Squilla. 155

Cap. V. Prauam indolem etiam in pueris esse puniendam. 156

Exempla huius capitis.

De puero blasphemo. ibidem.

de Athenienſi puero. 157

Cap. VI. Puerorum illustria quædam exempla & noua. 158

De puero ibidem.

de duobus pueris. 160

Item de puero. 161

de puero. 162

de puero Iaponio. ibidem.

de puero Iaponio. 164

De

(c) 2007 Ministerio de Cultura

De laudibus pueritiæ continens oratio. 167

Capita libri tertij, qui est de religione.

Cap. I. De pietate in Deum seruanda, intimisque affectibus vniuersitatis illo parente diligendo. 190

Exẽpla huius capitis diuina sunt præter vltimũ.

De Abelo.ibidem.

de Enocho.ibidem.

de Noe. 191

de Iobo. 192

de Ruth.ibidem.

de Propheta Elia. 193

de Machabæo Iuda.ibidem.

de Anna vaticinatrice. 194

de sancto Hilarione. 195

Cap. II. Iurisiurandi sancta sit, & inuiolata religio. 195

Exempla huius capitis.

De militibus Saulis regis.ibidem.

de quadam regliiosa muliere. 196

de Atilio Regulo. 197

de senatu censoribusque Romanis. 199

Cap. III. De sanctissimæ altaris hostiæ inexpli ca-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

cabili maiestate, deq; eius vsu salutari. 200

Exempla huius capitis.

De Serapione. ibidem.

de Cassio Episcopo. 201

de Angelis sacram Eucharistiam obseruã tibus. 202

de ijsdem Angelis. ibidem.

de quodam religioso viro. 204

de ouicula. 205

de Isabella regina Philippi quondam vxore. ibidem.

de Teresa Henriquia. 206

de iusta Dei in Lutheranum hominem vindicta. 208

de duobus Hebræis. ibidem.

Cap. IIII. *Diuorum, cælitumq; est auxiliũ inuocandum.* 210

Exempla huius capitis.

De Florentio. ibidem.

de Abulensi miraculo. 211

Cap. V. *Sacri homines coli, obseruariq; debẽt, & summa cum veneratione tractari.* 214

Exempla huius capitis.

De

(c) 2007 Ministerio de Cultura

& exemplorum.

De Conſtantino Imperatore.ibidem.
de ſancto Martino. 215
de Theodoſio. 216

Externa.

De Alexandro Magno. 217
de Lucio Albino. 218
de Gaina. 219

Nouum.

De quodam illuſtri viro.ibidem.
de feris,quibusobijciebãtur martyres 220
Cap. V I. De reuerentia aduerſus res ſacras adhibẽda deq; religioſorũ locorũ dignitate. 222

Exempla huius capitis.

De Heſperio.ibidem.
de Gotifredo Bollionio. 223
de Chriſtiano principe Tiberio. 224

Externum.

De puero Alexandri. 225
Cap. V II. *ſancti libri aſſiduè legendi, per volutandiq; ſunt, impij verò reijciendi.* 225

Exempla huius capitis.

Diuinum.

de Eunucho AEthiope. 226

(c) 2007 Ministério de Cultura

Christianum.
de sancto Augustino.ibidem.
Externum.
de P.Cornelio,& Bebio Pāphilo Coss.228
Cap. VIII. *Precationis, sanctiq; ocij summa est vtilitas, maximaq; religio.* 228
Exempla.
de Innocentio.ibidem.
de Paulo Lybico. 229
Nouum.
de Carolo quinto Germaniæ Imperatore & Hispaniarum rege inuictissimo.230
Cap. IX. *Alieni sæpe nostræ religionis vim, & veritatem prædicarunt.* 231
de Marco Aurelio.ibidem.
de Alexandro Seuero. 232
de Satyro. 233
Cap. X. *De sacra,& maximè salubri confessione scelerum.* 235
Exempla huius capitis.
de sancto Ambrosio.ibidem.
de quodam milite.ibidem.
de S.Francisci quodam hospite. 237

Cap.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Cap. XI. *Noua quædam exempla in nostri temporis hæreticos.* 238
de religionis desertæ seueriſsima vltione apud Hiſpanos. ibidem.
de Matrona hæretica. 240
Res mira, & faceta etiam quæ sectario accidit. 241
de quodam Oſtento. 242
de Iapa insula 243
de eadem Iapa insula. 244
De religione continens oratio. 249
de verecundia, & morum vrbanitate, liber quartus. 288
Cap. I. *Verecundiæ commẽdatio, eiuſq; aliquot præcepta ex magnis authoribus petita.* 289
Caput ſecundum cõtinet diuina pudoris exẽpla:
de primis noſtris parentibus. 291
de Seno, & Iapeto filijs Noe. 292
de Rebecca. 293
de Iacobo Patriarcha. ibidem.
de Vria Hetheo. 294
Cap. III. *Chriſtianis exemplis Verecundia cõmendatur.* 295

(c) 2007 Ministerio de Cultura

de ſancto Antonio. 296
de primis Eccleſiæ ſanctæ hominibus. ibi.
de Paulo, & Antonio Monachis ſanctiſsimis. 297
de Iacobo Anachoreta. 298
de Ioanne Altauilla. 300
de Maximiliano Imperatore. ibidem.
Cap. IIII. *Continet externa exempla de pudore, & morum vrbanitate.* 301
de Lacedæmonijs. ibidem.
de populo Romano. 302
de Cenſoribus Romanis. 303
de N. Scipione, & Scriba Cicereio. 304
de Pompæio, & Cæſare. ibidem.
de Marco Antonio. 305
de Clitomacho. ibidem.
de Archita. 306
de Adriano Cæſare. ibidem.
de Gordiano Imperatore. 307
de Ageſilao, & Cyro. 308
de Xenophane. ibidem.
de Spurio Minutio. 309
Cap. V. Continet exempla naturæ.

de

(c) 2007 Ministerio de Cultura

de Armenio mure. 309
de cadaueribus hominum,& mulierũ. 310
de Hirundine.ibidem.
de Elephantis.ibidem.
de Leone. 311
Cap. VI. *De vitiosa verecundia.* 311
Exempla huius capitis.
de Xenocrate. 313
de Zenone. 314
de Agesilao,& Themistocle.ibidem.
De verecundia,continens oratio. 317
De castitate liber quintus. 351
Cap. I. *Castitatis commendatio,libidinisque remedia.* 352
Caput secundum continet diuina castitatis exempla.
de Iosepho. 359
de Achimalecho ibidem.
de Iobo. 360
de Susanna.ibidem.
Cap.tertium continet exempla christiana.
de Ammone. 361
de Vrsino presbytero. 362

(c) 2007 Ministerio de Cultura

de Piore. 363
de quodam monacho. 364
de quodam adoleſcente. 365
de quodam iuuene. 366
de S. Hilarione. 368
de Paulo Abbate. 369
de ſancta Iuſtina. 370
de quodam monacho. 371
de ſanctiſsima Agnete. 372
de Sophronia. 373
de matris, filiarumque Conſtantia in ſeruanda caſtitate. 375
de Abbate Elia. 377
de quadam virgine. 379
de S. Hieronymo. 381
de S. Benedicto. 383
de diuo Franciſco. ibidem.
de Angelico doctore Thoma. 385
Cap. quartũ continet externa exẽpla caſtitatis.
de Spurina. 385
de Rege Antiocho. 386
de Chijs. ibidem.
de Spartanis, & Locrenſibus. ibidem.

de

(c) 2007 Ministerio de Cultura

de Scipione. 387
de Romanis quibuſdam. 388
de Hieronis tyranni vxore. ibidem.
de Bilia Romana fœmina. 389
de Alexandro Magno. 390
de Xenocrate. 391
Cap. V. In quo naturæ exemplis caſtitas commendatur.
de Leone cui ſancta Thecla expoſita fuit. 392
de Ciconia. 394
de Apibus. ibidem.
de Elephante. 395
de pullo equino. ibidem.
Cap. VI. Habet noua caſtitatis exempla.
de quodã Theologiæ ſacræ magiſtro. 396
de quodam viro. 397
de iuuene literarum ſtudioſo. 398
de quadam fœmina. ibidem.
de quadam fœmina. 399
De caſtitate continens oratio. 401

(c) 2007 Ministerio de Cultura

RERVM SELECTA-rum index.

A.

ABrahami nurus. 113
Abrahamum dominum Sara dicebat. 335
Abſtinentia. 105
Abſtinentię exempla. 63.65
Abulenſe miraculum. 211
Academiarum libertas. 69
Academiarum iuuentus. 270
Achillis pueritia. 118
Acumen puerorum. 181
Adoleſcentiæ cura. 78
Adoleſcentiæ ætas. 56
Adriani mens erga Chriſtum. 232
Adriani comitas. 306
Adriani in ſeruum animaduerſio. 307
Adulter. 356
Adulterium vindicatum. 394.395
Adulterorum labor. 356
Adulterina facies, & fucus. 344
Aedeſius. 27
Aedificia hirundinum. 153
Aegyptijs Moſes terrori eſt. 129
Aetas nulla ab officio immunis. 157
Aetas puerilis virtuti idonea. 169

Aetatis

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Aetatis puerilis facta clariſsima. 125. & ſequen.
Aetatis excuſatio nulla. 169
Aethiops Chriſtianus fit. 226
Aethiopum religio in templis. 261
Affabilitas ſermonis. 290
Affectus maternus. 109
Affricani pueri. 178
Ageſilai amor in filios. 172
Ageſilai modeſtia. 308
Ageſilai reſponſum. 314
Agnetis pudicitia. 372
Agreſtis dominatus. 337
Alcibiades. 330
Alexandri indoles. 143
Alexandri religio. 217
Alexandri reſponſum. 78
Alexandri puer. 225
Alexandri caſtitas. 390
Alexander Epiſcopus. 139
Alexandrini pueri. 139
Alexandri Seueri religio. 232
Amatorij libri execrabiles. 408
Ambroſij lachrymæ. 235
Ambroſij authoritas. 217
Ammonis pudor. 295
Ammonis pudicitia. 361
Angeli Euchariſtiam ſacram obſeruant. 202
Anglis ſubuenit S. Gregorius. 54

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Amoris furor. 355.428
Amphyctionum decretum. 82
Animaduersio in pueros qualis probetur. 107
Amnius Seuerus. 307
Annulus gygis. 285
Antiochi cautio, & continentia. 386
Antiochi timor religiosus. 282
Antonini philosophi pueritia. 149
Antonini pij edictum. 232
Antonius monachorum secundus. 227
Antonius & Paulus. 297
Antonius Pauli vestem magni æstimat. 284
Antonij verecundia. 296
Apes solertes. 155
Apes libidinis inimicæ. 394
Aquilæ in nutricem amor. 36
Aræ ministri. 203
Archadius. 26
Archippi pueritia mirabilis. 176
Archytę verecundia. 306
Areopagitæ. 157
Areta sapiens fœmina. 91
Aristoteles Alexandri præceptor. 81
Aristotelis lex. 291
Armenius mus. 309
Arsenius. 25
Asclepiades. 131
Aspasiæ verecundia. 345

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Aſtyagis cœna. 149
Athanaſius. 139
Athenæ. 109
Athenienſium de educatione ſententia. 118
Athenienſes ludi. 302
Athenienſes. 302
Attalus rex. 82
Attilij religio. 197
Auaritia ſenes contaminat. 183
Augurum collegium. 302
Auguſti oratio funebris. 146
Auguſti educatio. 70
Auguſti cognati. 72
Auguſtini conuerſio. 226
Auguſtini presbyteri. 222
Auguſtinus de pueritta quid ſentiat. 174
Auguſtinus puer Iaponius. 162
Aulicorum vrbanitas. 102.328
Aureum os. 204
Aurora ſurgente quid faciendum. 225
Auſpicata initia. 104

B.

Babylonis pueri. 178
Bagaienſe concilium. 246
Barbari muſico concentu capiuntur. 44
Barbaria nulla educatores violat. 121
Baſilij nutrix. 30
Bartholomæus rex vmbræ. 336

Bar-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Bartholomęus Iaponię eccleſię Cõſtãtinus.ibi.
Bartholomæi in ſacros viros reuerentia.ibidem
Bartholomæi modeſtia in templis.ibidem.
Baſilica Conſtantini. 178
Bene,malève de filijs parẽtes meriti. 89.cũ ſeq.
Benedicti præſagium. 22
Benedicti alumni. 22
Benedicti ratio mirabilis extinguendæ libidinis. 383
Bernardi munditia. 324
Bernardini ſanctitas. 279
Beſtiarũ mãſuetudo erga Chriſti martyres.220
Blaſius epiſcopus. 284
Boni præceptoris officium. 56.108
Boni præceptoris laus. 56.108
Boues cui dati in pueritia. 148
Bragadum crudelitas. 45
Bruti ſententia. 312
Brutus. 305
Bubulcus futura prædicit. 134
Bubulco reſiſtit Alcibiades. 330
Bulla Gregorij XIII. 54
Byzantij miraculum. 129
Byzantij terræmotus. 130

C.

Cadauera virorum,& mulierum. 310
Cæca mulier viſum recipit. 211
Cælibatus. 405

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Cæremoniæ ſacræ. 225
Calamitas eccleſiæ vnde. 120
Calcar geminum lycon adhibebat. 71
Calix cum hoſtia. 209
Camilli virtus,& integritas. 93
Cancius,& Cancianus. 110
Candacis reginæ famulus. 226
Candidatorum blandimenta. 69
Canis fortitudo. 40
Canis ſaltatio. 41
Carnibus Germani pueri veſci nolunt, quoties Eccleſia vetat. 47
Cantilenæ impiæ. 47
Caput aperire. 335
Captiui liberatio per puerum. 45
Carmina puerulus condit. 162
Caroli quinti religio. 230
Carthaginenſis Innocentius. 228
Caſsiodorus. 122
Caſtitatis præcepta. 353.402
Caſtitatis remedia.ibidem & 402
Caſtitatis exempla. 359.cum ſeq.
Caſtitatis laus. 424
Catonis indoles. 144
Cato filios ſuos docet. 90
Cautio ſalutaris. 358
Cedere de via. 335
Cenſorum ſeueritas. 303

Cerui

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Cerui. 72
Chiorum caſtitas. 386
Chriſti humanitas. 344
Chriſti imago. 235
Chriſti beneficia. 255
Chryſoſtomi de educatione ſententia. 86
Chryſoſtomi verba de Euchariſtia. 203
Chryſoſtomi exemplum, 61.204.196
Cibus puerorũ apud Perſas qualis & quãtus. 66
Cicero in cuius ſcholam intrauerit. 83
Ciceronis præceptiones chriſtianis hominibus congruunt. 291
Ciconiæ factum. 394
Claudius Cæſar. 95
Coenredi regis in militem quendam pietas, & humanitas. 235
Collegium Societatis in vrbe Goa. 43
Collegium Germanicum. 50
Color optimus virtutis. 345
Columnæ locantur ab architecto iuuãtibus pueris. 179
Comitatis laus,& præcepta. 317.290
Concilium Conſtantinopolitanum. 122
Concilium Maguntinum. 122
Concilium Matiſconenſe. 220
Concilium Bagaienſe. 246
Concilium Lateranenſe. 264
Concilium Tridentinum, 160.119

Con-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Concionator puer. 161.166
Concionum vtilitas. 264
Concordia nutrix Hippolyti. 110
Confeſsionis exempla. 235
Confeſsionis aſsiduitas. 264
Conſtantini religio. 215
Conſules Romani. 228
Corinthus vaſtata. 339
Cornicis oculos puer configit. 157
Corona diuesrepudiatur. 224
Corporis caſtitas. 353
Corpora verecundè tractanda. 322
Corui miniſterium. 297
Cretenſes. 119
Cruces in cælo viſæ. 244
Crucis effractor. 245
cruci affixus puer. 137
Crura ſanantur Innocentio. 229
Cyprianus. 370
Cyrenaicus Ariſtippus. 91
Cyri temperantia. 150
Cyri comitas. 172
Cyri de Aſpaſia iudicium. 345

D.

Dęmonis artes. 362
Dama filia pythagoræ. 91
Danielis factum. 127
Dauid rex eligitur. 126

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Defunctorum corpora verecundè tractãda. 322
Defunctis ſuffragandum. 259.194
Delphini obſequium. 151
Demetrij verecundia. 341
Deus intimis affectibus venerandus. 190
Dextræ beneficia. 191
Diadema conculcat Moſes. 129
Dicere ex tempore. 160
Dictare ex tempore. 142
Diei acta commemoranda veſpere ſunt. 276
Diogenes cynicus. 117.333.357
Diomedontis religio. 283
Dionis filius. 32
Dionyſij factum. ibidem.
Diſciplina parentum religioſa ſit. 87
Diſcipulorum docilitas. 114
Diuinatrix futuri pueritia. 134
Doctores quales eſſe debeant. 55.105
Domeſtici nocent. 84
Domeſtica diſciplina. 76
Domicilium ſenectutis. 301
Dormire temere non decet. 276
Dotes animi, & corporis pręclaræ in puero. 165
Draconis factum. 37
Duellij vxor pudica. 389
Duodecim tabularum leges. 346
Dynaſtarum filij. E. 53
Ebrietatis turpitudo. 64

Ef-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Effigies verecundi. 347
Effœminatum nil ſit. 289.323
Elephantum docilitas. 39
Elephantis factum mirabile. 38
Elephantis manſuetudo. 151
Elephantum pudor. 311
Enricus Imperator. 132
Equini pulli factum mirabile. 395
Eques Romanus à cenſoribus notatus. 303
Equum florus auicula prouocat. 154
Eretrienſis iuuenis patientia. 33
Ermigildus. 76
Etheocles. 35
Eumenes. 82
Euſebius Vercellenſis Epiſcopus. 23
Exempla educationis. 19.& ſeq.
Exempla pueritiæ præclaræ. 125.& ſeq.
Exempla indolis prauæ. 156
Exempla religionis. 190.& ſeq.
Exempla verecundiæ. 291.& ſeq.
Exempla caſtitatis. 359.& ſeq.
Exemplorum vis. 13
Exercitus puerorum. 141
Exercitus ſitiens. 231
Exercitus victor. 281
Exercitus martyrum. 281
Externi pueri facta admiranda. 147
Fabianus. 342

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Fabius puer. 141
Fabius Quintilianus. 175.117
Facies verecunda. 344
Famulatus odioſus pueris. 331
Febri laborans ſanatur. 271
Filium vnicum parentes perdite amant. 85
Filiorum cura negligitur. 86.100
Florus auicula. 154
Fœminæ doctæ,& eloquentes. 91
Fœminas an doctas eſſe oporteat.ibidem.
Fœminarum caſtitas. 398
Fortunatus adoleſcens quis ſit. 265
Fratres duodecim Hiſpani. 23
Fratres ſeptem Machabæi. 128
Fratres ſeptem S.Felicitatis filij. 24
Frequens communio. 267
Frugalitas. 64
Frumentius. 27
Funebris oratio. 146
Furti damnatus puer. 30
Galli pueri. 140
Gamaliel. 80
Genę pudoris ſedes. 346
Germani pueri. 46
Germaniæ reſtaurandæ ratio. 48.178
Gordianus puer. 182
Gordiani comitas & verecundia. 307
Græciæ lex. 118

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Græci libri comburuntur. 228
Grammatica. 83
Grammatici nobiles,& probi. 83.73.71
Grammatici improbi. 93
Heli ſupplicium. 19
Herodiadis filia. 32
Hieronymi inſtitutio. 57
Hieronymi caſtitas. 381
Hieronymi occupatio,& labor. 407
Hippolyti nutrix. 110
Hilarion. 195.368
Hirundinum ædificia. 153
Hiſpaniæ magiſtri. 73
Hiſpanorum in hæreticos ſeueritas. 283
Hiſtoria naturalis. 36
Hiſtrio venuſtus. 41
Homerus. 332
Honeſtatis vis. 295.311
Horæ canonicæ. 253
Horatij pater. 91
Horatij inſtitutio. 92.13
Iaponij. 44.165.243.245
Iberos nobilitat Sertorius. 118
Ieiunium. 194.369
Ignem igne ſuperare licet. 385
Ignatius Loiola. 50
Imago Chriſti. 232
Imaginum veneratio. 253

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Indi pueri. 43
Infantiæ cura,& educatio. 55.322
Inſolentia iuuenum. 329
Inſula Iapa. 243
Interpretatio iuris callida. 266
Ioci pueriles. 172
Iſabella Ferdinandi regis vxor. 239
Iſabella Philippi vxor. 205
Italica iuuentus. 50
Iudæus puer. 135
Iudæi puerum in crucem tollunt. 137
Iudæorum Pontifex ab Alexandro vultu oris demiſſo colitur. 217
Iulianus apoſtata. 115.347
Iulius Cæſar. 70.304
Iuriſiurandi religio. 195
Iuſtitiam Perſarum pueri docebantur. 65
Iuſti & Paſtoris monumentum. 178
Iuſtinianus Imperator. 137
Iuſtinæ caſtitas mira. 370
Lacedæmoniorum ritus in educando. 64
Lacedæmoniorum pueri coercendi. 343
Lacænæ. 64
Laus honeſtæ educationis. 104
Laus pueritiæ. 167
Laus religionis. 286
Laus pudicitię. 424
Lauari quanto cum pudore ſoliti Romani. 320

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Laurentius martyr. 421
Leander Hiſpalenſis præſul. 76
Legati appellati ſuperbiùs. 337
Legio ſacra thebeorum. 282
Lenones omnium horarum libri turpes 408
Leonidas. 35
Leonis in diuam Techlam manſuetudo. 393
Lex Romanorum. 117
Libri boni & religioſi. 226.& ſeq.
Libri impij. 228
Liberorum indulgentia. 85.88
Liberorum educatio recta. 87.55
Lingua coercenda. 338
Literæ cum virtute coniungi debent. 103.56
Locrenſes. 386
Ludendi verecundia. 56.325
Ludus mirabilis puerorum. 139
Ludi magiſtri. 34
Luſcinia. 72
Luſitanorum rex. 38.43
Lutherani perditorum deterrimi. 246
Lycon. 71.82
Lycurgus. 31
Macedonia. 143
Magiſtri quales eſſe debeant. 56.108
Maiores natu. 294.339
Maledicentiæ crimen. 324.74
Marcellus Legionenſis. 23

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Marci Antonij ſeueritas in libertum. 305
Martialis. 117
Mater Dei ſanctiſsima. 117.370.211.272.137
Materia & ſeges meditandi. 254
Matronæ Romanæ. 113
Matrona hæretica. 240
Maurus Benedicti alumnus. 22
Maximini ſcelus. 34
Maximus Galliæ tyrannus. 215
Maximilianus. 300
Memoria puerorum. 181
Menſa ſacra. 136.267
Menſibus ſingulis confiteri. 119
Mercenarij præceptores duo. 73
Meropius Philoſophus. 26
Metrodorus. 81
Militis triſtiſsimus interitus. 236
Militis beata mors. 238
Mileſiæ virgines. 321
Millia adoleſcentum multa. 119
Mirum de cane. 41
Miracula per pueros. 133.& ſeq.
Miracula in hęreticos noſtri tẽporis. 242.& ſeq.
Miſſæ myſteria. 259
Modeſtiæ commendatio. 339.289.325
Mors fœliciſsima. 135.393.191
Mortis memoria. 379
Morum magiſter. 65

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Mosis pueritia. 129
Mulam Pontificis Romani Pipinus rex Galliæ manu ducit. 335
muliebre ingenium. 91
Munus regendæ pueritiæ illustre. 79
mus Armenius. 309
musa puella. 134
Nares puer suo parenti præscindit. 30
Nascendi iura. 116
Naturæ exempla. 36.72.150.309
Naturæ vis. 154.156
Naturalis historia. 36
Nauem Remora detinet. 152
Nicolai infantia. 131
Nocturnum examen. 276
Noua exempla quid possint. 159
Nudum conspici hominem capitale. 66
Nutrices quales esse oporteat. 58.55
Nutrices sapientes esse Chrisippus voluit. 334
Obedientia. 125
Obsequium. 294
Octauianus. 146
Oculorum fabrica. 327
Oculos clausit Anachoreta 40. annos 326
Offensio vitanda. 337
Officio nulla ætatis pars vacare debet. 157
Orare Deum. 254.228
Orbilius nobilis præceptor. 85

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Oſculum ſeuere punitum. 388
Oſſa ſanctorum hominum. 283
Quicula S. Franciſci. 205
Palatinorum vrbanitas. 102.328
Palatia principum. 328
Panis vſum ignorauit Archippus. 176
Papyrius puer. 146
Paraſitus menſæ puer. 172
Parentum accuſatio. 84
Parentum exempla bene, maleve de filijs meritorum. 89.& ſeq.
Parentibus præceptores præſtant. 75
Partus conſuetudine inferior. 116
Paulus Apoſtolus. 80.112
Paulus Libycus. 229
Paulus AEmilius. 81
Paupertas. 22
Penelope. 346
Perdicum pulli. 153
Peregrinatio. 281.226
Perfidia. 316
Periurium. 199.314
Pernicies quãta malę inſtitutiõis. 18.19.35.85.115
Perſarum in educando mos. 65
Perſæ regem optime inſtituunt. 66
Phalaridis taurus. 176
Pharao. 129
Pharaonis ſæuitia. 185

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Philippus Alexandri pater. 139
Philippus parens Demetrii. 341
Philippus Hiſpaniæ rex. 240.178
Phocion. 116
Phrygiæ vrbs. 282
Piaculares victimę. 85
Pietatis laus. 192.193.335.280. cum ſeq.
Piſcis minutiſsimus à quo cæte gubernatur, & regitur. 154
Plato. 55.107.343
Platonis diſcipulus. 77
Plauti verſus. 90
Plutarchus. 114
Poetarum verſus de inſtitutione. 16
Poetæ. 18
polycarpus. 284.296
Pompeius. 304
Pontifex Romanus. 241
Populus Romanus. 302
Portia. 305
Præmia quis dederit pueris. 71
Præsbyteri ſacri. 216
Præsbyteri S. Auguſtini. 222
Præsbyter S. Martini. 215
Præsbyter Caſsij Pontificis. 201
Pudicitiæ laus. 354.424
Pudicitiæ conſeruandę ratio. 355.422
Pudicitiæ quæ aduerſentur. 358

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Pudor in Balneis. 320
Pudor vicioſus. 329.311
Pudoris vis. 321
Pudoris ara. 346
Pudoris præcepta. 289.318.& ſeq.
Pudoris deſcriptio. 343
Puellarum impudentium ſupplicium. 299
Puellæ ruſticanę caſtitas. 379
Pueri Galli. 140
Puer incredibili velocitate. 177
Puer blaſphemus. 159
Pueri ſummo ingenio. 160
Pueri Indici. 43
Pueri Iaponij. 162
Pueri Germani. 46
Puer Athenienſis. 157
Pueritiæ laus. 167
Pueritiæ virtutes. 174
Pueritiæ petulantia. 151
Puerorum leuitas. 183
Puerorum educatio. 55
Puerorum ætas. 169
Pulchritudo vera. 234
Pulchritudo pudore fit maior. 344
Pullus equinus. 395
Purpura Cæſares facit, non presbyteros 216
Pythagoras. 277
Pythias. 345

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Quadraginta annorũ ſpacio oculos clauſit Anachoreta. 326
Queſtionum ſubtilitas in concionando. 264
Quanta ſit vis educationis. 15
Quartodecimo anno ętatis quid reges apud Perſas doceantur. 66
Quingẽtos monachos rexit Paulus Libycus. 229
Quinque millia adoleſcentum quis aluerit. 119
Quintiliani puer. 147
Ratio vera docendi. 61.56.70.103
Ratio viuendi. 252.& ſeq.
Ratio reddenda immortali Deo. 380
Reges Hiſpaniæ. 240
Reges AEthiopum. 283
Rei diuinæ auſcultandæ modus. 257
Religio vera. 208
Religio antiquorum. 218
Religionis præcepta. 252
Reliquię ſanctorum hominum. 283
Reſponſum impudens. 303
Reſponſa egregia. 315
Reus malæ educationis. 117
Ricaredus. 76
Roma. 52.68.348
Romana Eccleſia. 131
Romanorum lex. 117
Romani populi verecundia. 302
Romanus Pontifex. 335

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Romanus martyr. 131
Rubor faciei. 333
Ruſtica mulier,& ſancta. 379
Ruth. 192
Sabbas. 195
Sabina virgo & martyr ſoror Chriſtetæ. 213
Sacerdotum dignitas. 216.215.219
Sacerdotes caſti honorantur a Virgilio. 354
Sacra menſa,vide,ſupra,menſa.
Sacra lectio. 226
Sacrarium, 269
Sacramenta, 251
Sacrificium. 201
Sacroſancta Euchariſtia. 246
Sacrum quotidie audiendum. 257
Salii. 149
Saltationis merces ſcitu digniſsima. 33
Salutatores parci. 336
Salutare. 293
Samius Pythagoras, 277
Samuelis educatio. 20
Sanctitas locorum. 222.cum ſeq.
Sanctitudo decet domum domini. 261
Sanguinis Chriſti virtus. 270
Sapiens. 104
Satyrus ſit obuiam diuo Antonio. 233
Scipionis continentia. 388
Seleuci religio. 282

Sena-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Senatus Romanus. 282.199
Senectutis domicilium. 301
Serapion. 200
Serpentis exemplum. 37
Serui supplicium. 388.394
Seuerus Imperator. 106
Silentij laus. 337
Simulacra sanctorum. 253
Simulacrum nascentis Ecclesiæ vbi. 243
Societas Iesu. 112
Socrates. 172
Solenne iusiurandum. 281
Spartanorum educatio. 63
Spartanæ mulieres. 64
Spartani pueri. 176
Sponsæ duæ Christo se dedicant. 227
Statuam meruit Orbilius. 84
Studia bonarum artium. 69.70
Supellex sacra. 207
sylla. 144
Syluani 234
Tabernaculum Sancti spiritus. 370
Taciturnitatis laus. 146.337
Talenta pueri, puellæque offerunt. 148
Talionis lex. 356
Temperantia. 64.65.131.150.357
Tempestas. 130
Templa locupletantur. 281

Tem-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Templorum religio. 225.223.261
Temporum fortuna. 295
Temulentiæ fœditas. 64
Terræ hiatus. 377
Theatrum canis oblectat. 41
Thebæorum legio. 282
Themistocles. 315
Theodorus. 295
Theodosius. 281.216.25
Theodosius Iunior. 280.338
Thesaurus Tiberio oblatus. 224
Theutonici iuuenes. 54
Thus offertur. 143
Tiberius. 224.95
Tormenta martyrum. 281
Tortores puerorum. 176
Tragædiam puer composuit. 161
Traiani factum. 119
Traiani clementia. 337
Tribus Iudæ. 20
Tributum a nobis somnus exigit. 391
Tyrones. 180
Valens Imperator. 91
Valerianus Causidicus. 133
Valerij historia. 225
Vanissima secta. 230
Vates in pueritia Samuel. 20
Venditio serui impedita. 196

Vene-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

V[illegible]m S.Benedicto porrigitur. 22
V[illegible]s pernicies. 426
Verbera Spartanæ pueritiæ. 176
Verbera Archippi. 177
Verecundiæ præcepta. 289.318
Verecundię laus. 339
Verecundiæ vicioſæ tractatio,& exempla. 311
Vergilius. 277
Veſpaſianus. 282
Veſtales virgines. 432
Veſtes ſacræ. 260
Vexillum noſtræ militiæ crux. 224
Viatores duo quid viderint. 209
Victima Abeli. 109
Victus frugaliſsimus. 128
Vincentius martyr. 211
Vinea Sabbæ. 195
Vincti cuiuſdam hominis libertas. 263.272
Vinum pueris non dandum. 55
Virginitas. 396.397
Virgo ſanctiſsima vide ſupra vbi mater.
Virorum pudicitia. 359.& ſeq.
Vmbræ rex Bartholomæus. 336
Vrbanitas morum. 288.& ſeq.
Vrbanitas in ſanctis hominibus. 294.297
Vrbes florentiſsimas diritas morum labefactauit. 339
Vrſi pueros vorauerunt. 156

Vticen-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Vticensis Cato.
Vulpeculæ Sansonis.
Xenophanis verecundia.
Xenocratis temeritas. 392
Xenocratis pudor vicioſus. 313
Zenobia Palmyrenſis regina. 90
Zenonis ſententia. 314
Zonæ ſoluẽdæ, diſcingendęque obſequiũ. 296

Nomina virorum, & mulierũ propria aliquot reticenda duximus, vt breuitati conſuleremus. Cùm præſertim index capitum & exemplorum explicatè ponatur.

Finis huius Tabulæ.

SALMANTICÆ

Excudebat Mathias Gastius.

1575.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

20